LEGES
NATIONVM GERMANICARVM.

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS

RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

TOMI V. PARS I.

LEGES ALAMANNORVM.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

MDCCCLXXXVIII.

LEGES ALAMANNORUM.

EDIDIT

KAROLUS LEHMANN.

PRAEFATIO.

I. DE HISTORIA LEGUM ALAMANNORUM.

§. 1. *Introductio.*

De legibus Alamannorum disseruerunt accuratius K. F. Eichhorn, 'Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte' I[5], §. 39; *W. E. Wilda, 'Strafrecht der Germanen' p.* 91. 92; *A. von Daniels, 'Handbuch der deutschen Reichs- und Staatenrechtsgeschichte' I,* §. 78; *H. Zöpfl, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I*[4], *p.* 40 *sqq.; A. F. Gfrörer, 'Zur Geschichte deutscher Volksrechte im Mittelalter' I, p.* 185 *sqq.; J. Merkel, 'De republica Alamannorum' p.* 8. 34. 35, *et LL. III, p.* 9 *sqq.; G. Waitz in 'Göttingische gelehrte Anzeigen'* 1850, *p.* 400; *idem in 'Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften'* 1869, *Nr.* 14; *idem in 'Deutsche Verfassungsgeschichte' II*[3], 1, *p.* 115 *sqq.; O. Stobbe, 'Geschichte der deutschen Rechtsquellen' I,* §. 11; *E. de Rozière, 'Recherches sur l'origine et les différentes rédactions de la loi des Allemands' in 'Revue historique de droit français et étranger' I, p.* 69 *sqq.; Meyer von Knonau in 'Mittheilungen der antiquarischen Gesellschaft in Zürich' XIX, p.* 53; *A. Boretius in 'Historische Zeitschrift' XXII, p.* 152; *H. G. Gengler, 'Germanische Rechtsdenkmäler'* 1875, *p.* 82 *sqq.; P. F. Stälin, 'Geschichte Württembergs'* 1882, *p.* 90 *sqq.; H. Brunner, 'Über das Alter der Lex Alamannorum' in 'SB. der Berl. Akad.'* 1885, *p.* 149—172; *K. Lehmann, 'Zur Textkritik und Entstehungsgeschichte des alamannischen Volksrechtes' in 'N. Archiv' X, p.* 469 *sqq.; A. Esmein, 'Etudes nouvelles sur la Lex Alamannorum' in 'Nouvelle revue historique de droit français et étranger' IX, p.* 680—693; *R. Schroeder, 'Zur Kunde der deutschen Volksrechte' in 'Zeitschrift d. Sav.-Stift.' VII, 'Germ. Abth.' p.* 17—19; *H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I,* §. 41.

Si excipias eos viros doctos, qui ante Pacti fragmenta ab Joh. Merkel inventa de Alamannorum legibus disseruerunt, scilicet K. F. Eichhorn et W. E. Wilda, omnes auctores supra citati consentiunt, distinguendum esse in iure Alamannorum vetusto inter Pactum et Legem Alamannorum; neque controversia est, quin Pactus sit antiquior, Lex recentior. Sed quo certo tempore uterque fons ortus sit, utrum pro vera lege publice sive a rege Francorum, sive a duce Alamannorum data, an pro iuris libro privato consilio conscripto habendus, utrum denique Lex uno eodemque actu parata an pluribus actibus paulatim composita sit, de his omnibus docti viri maxime dissentiunt. Quare consentaneum esse videtur, primum de Pacti, tunc de Legis aetate, origine, indole tractare.

§. 2. *De Pacto Alamannorum.*

Verbis: Ubi fuerunt 33 duces et 33 episcopi et 45 comites. Incipit Pactus lex Alamannorum. Et sic convenit, *in codice Parisiensi lat.* 10753 *(A* 12*) fragmenta quaedam libri iuris Alamannici introducuntur, de quibus nihil fere constat, nisi quod ipsa*

m. m. L.

Lege Alamannorum vetustiora sint. Reliqua omnia, praesertim forma, complexus, locus et modus originis, in dubio sunt. Quae autem fragmenta Pacti ad nostros dies pervenerint, in primis definiendum est.

Primus ad hunc fontem iuris animum attendit Stephanus Baluzius.

Qui in libro suo, qui inscribitur Capitularia regum Francorum (Paris. 1677*) tria*[1] *Pacti fragmenta ex codice illo desumta Legi Alamannorum subiecit. Cum autem non solum in editione paranda negligenter versatus esse videretur, sed etiam viros doctos in errorem de fragmentorum aetate adduceret, inscribens ea: 'Capitula addita ad Legem Alamannorum', haec 'Additamenta Baluziana' quasi recentiora haud magni diu aestimabantur.*

Joh. Merkel, quanti momenti illa fragmenta essent, primus perspexit.

Qui cum intelligeret, ius vetustius, quam in Lege, in iis contineri, accurate omnia ad Pactum pertinentia, quae in codice citato invenire potuit, collegit et in certum ordinem redegit. Ita quatuor nostrae editionis priora fragmenta[2] *ab illo viro docto correcte edita sunt, quem de historia iuris Germanici hac inventione optime meritum esse negari non potest.*

Ab integra tamen et perfecta rerum cognitione Joh. Merkel aberat, non perspiciens quintum et amplissimum quidem Pacti fragmentum in Additamentis contineri. Nam in omnibus fere codicibus excepto supra citato ultima pars Legis ita forma et materia ab antecedentibus partibus abhorret, ut ex eodem fonte ac illae fluxisse non videatur, tantopere autem et forma et materia cum fragmentis Pacti congruit, ut dubium esse non possit, quin cum illis cohaereat. Joh. Merkel differentiam bene, congruentiam minus perspexit. Separavit igitur illam ultimam partem quasi 'Additamenta' a reliquis partibus Legis, sed non coniunxit cum fragmentis Pacti[3]*. Nihil autem certius est, quam 'Additamenta' Merkeliana ad Pactum pertinere*[4]*. Eadem concisa brevitas in Pacto ac in Additamentis, idem etiam usus et significatio verborum, eaque diversa a ratione dicendi, quae in Lege deprehenditur. Ubi, ut exemplum afferam, Lex 'liberi', Pactus et Additamenta 'ingenui' significationem adhibent. Verba 'baro', 'flidus, fledus' (in 'minoflidus, mediofledus'), 'saiga', 'est ad requirendum' in Pacto et Additamentis adhibita in Lege non usurpantur*[5]*. Ipsas quoque sententias Additamenta vetustiora esse quam Legem probare vir doctissimus E. de Rozière iam docuit*[6]*. Antiquissimae normae de cane, qui hominem occiderit, de mortuo in aliena terra posito, de puella empta, quae Legi desunt, in Additamentis et in Pacto leguntur. Quaedam rationes, quas Legis praecepta respiciunt, in Additamentis expressae inveniuntur*[7]*. Singulis locis Additamenta et Lex inter se discrepant. Quibus de causis Additamenta ad Legem nullo modo pertinere, sed ad Pactum potius, quocum et forma et materia optime concordant, referenda esse videntur.*

Quinque igitur Pacti fragmenta ad nos pervenerunt, quorum quatuor priora in solo codice illo Parisiensi (A 12*) existunt, quintum in omnibus fere reliquis codicibus legitur. Quae autem ex quinque illis fragmentis de Pacti indole origineque colligi possint, nunc exponendum est.*

Pactum Alamannici iuris fontem esse et prologi verba: Pactus lex Alamannorum, *et res, de quibus in fragmentis agitur, evidenter ostendunt. De mediano, primo Alamanno, de ingenua Alamanna normae dantur. Nonnullae Pacti sententiae ad verba etiam in Lege Alamannorum receptae sunt. Quintum denique fragmentum Pacti in codicibus*

1) *Fragm. II,* 1—30. 32—53*; fragm. III,* 1—16. 23—37*; fragm. IV.* 2) *Merkelius quartum fragmentum a tertio non separavit.* 3) *LL. III, p.* 18. 19. 80—83. 4) *'N. Archiv' X, p.* 473 *sqq.; H. Brunner, 'SB. der Berl. Akad.' p.* 172. 5) *Praeter eos locos, quibus sententiae Pacti ad verba in Lege repetuntur (tit. LXIX).* 6) *L. c. p.* 80. 7) *Normas in fragm. V,* 3 *Pacti datas Legis tit. V. IX. respiciunt.*

Legi Alamannorum contextim subiectum est. Quare dubium esse non potest, quin Pactus ius gentis Alamannorum contineat.

Vetustiorem autem, quam Legem Alamannorum, Pactum esse, nemo neget. Sermo antiquior, actiones magis iuris symbolis ornatae, legis formulae magis priscae. Neque minus in ipsa materia antiquitas Pacti apparet. Dimittitur servus 'in heris generatione', puella desponsata emitur, ordo litorum adhuc viget, mortuus in terra propria sepelitur, moneta antiqua saigarum in usu est.

Ortus esse videtur Pactus iam tunc temporis, quo regnum Merovingorum in Alamannia firmum et potens erat. Nam auctoritas prisci iuris Francorum maximeque iuris Salici in sermone et materia Pacti magis conspicua est quam in Lege. Verba: 'ingenuus, baro, texaga, minoflidus, battutus, procreatio, quod per lege obtingit, quod ei amplius non redebet', Francicam originem prae se ferunt[1]*, iuramentum 'cum* 12 *medius electus' in Lege Salica et capitularibus antiquissimorum regum Francorum reperitur*[1]*.*

Cum ius Pacti valeret, iam fides christiana in Alamannia vigebat, quia in fragm. II, 45. *dimissio servi in ecclesia cum dimissione in heris generatione concurrit. Sed paganicas superstitiones tunc temporis in memoria fuisse et* §§. 31. 33. *fragm. II. docent, quae de feminis magicis et veneficis tractant, et* §. 42. *fragm. II,* §. 22. *fragm. III, quae paganorum sepeliendi modum respicere videntur.*

Quibus ex causis Pactum initio septimi saeculi ortum esse concludi potest. Hoc enim tempore regnum Merovingorum in Alamannia inconcussum, ducum Alamannorum potestas exigua, auctoritas iuris Salici igitur magna esse potuit; fides christiana cultum paganorum vincere tunc demum coeperat.

Utrum Pactus sollemniter promulgata lex an iuris liber a privato quodam conscriptus fuerit, quaerendum est. Si lex erat, aut a rege Francorum[2] *aut a duce Alamannorum*[3] *dari potuit. Legem a rege Francorum datam eum esse, ex prologo:* ubi fuerunt 33 duces et 33 episcopi et 45 comites, *cum tot optimates in ipsa Alamannia non exstitisse pateat*[4]*, colligi possit. Legem autem a duce Alamannorum paratam Pactum esse, ex ipso nomine deduci possit, quia Pactus significat conventionem populi cum principe*[5]*. Mihi quidem neque hoc neque illud plane iustum videtur esse. Materiam Pacti ex regiis legibus originem duxisse concedendum est; ipsum vero Pactum privati cuiusdam iuris librum fuisse existimaverim. Nam ut praetermittam, nullo loco verba 'constituimus, iubemus, praecipimus' vel similia inveniri, neque ducis neque regis fit mentio neque ullo loco fredus ad fiscum propter crimina commissa solvendus commemoratur. Quod in privati libro negligi potuit, in lege regia seu ducali negligi non debuit. Prologus autem:* ubi fuerunt 33 duces et 33 episcopi et 45 comites, *ad Pactum minime referendus, sed per errorem scriptoris codicis a Lege ad Pactum translatus esse videtur, praesertim cum differentiae inter eum et Legis prologum in eodem codice valde exiguae sint*[6]*. Neque vero ex verbo 'pactus' usurpato legem ducalem fuisse efficitur, quia illud verbum nimis incertum et ambiguum est. Magna vero auctoritate Pactum in Alamannia viguisse ex eo colligi debet, quod fere omnes codices quintum fragmentum Legi subiunctum praebent.*

Videtur igitur, si argumenta breviter comprehendimus, Pactus liber esse iuris Alamannici a privato quodam initio septimi saeculi in Alamannia conscriptus, cuius quinque fragmenta ad nostros dies pervenerunt.

1) *Cfr. 'N. Archiv' X, p.* 471*; H. Brunner, 'D. Rechtsgeschichte' I,* §. 41, *n.* 4. 2) *Ita R. Schroeder l. c. p.* 17. 3) *Ita multi scriptores.* 4) *Cfr. H. Brunner, 'SB.' p.* 160. 5) *Cfr. verba prologi:* et sic convenit. 6) *Cfr. 'N. Archiv' X, p.* 474. *Aliter sentit H. Brunner, qui prologum Pacti ex ullo capitulari regni in codice anterius scripto depromptum esse arbitratur, 'SB.' p.* 160*; 'D. Rechtsgeschichte' I,* §. 41, *n.* 14.

§. 3. *De Lege Alamannorum.*

Ad posteriorem aetate fontem iuris Alamannici nunc accedamus, scilicet ad Legem Alamannorum.

Pacti solummodo fragmenta, Lex vero tota ad nos pervenit. Utrum Pactus sollemnis lex an privatus iuris liber fuerit, dubitari potest. Legem vero esse, quod nomen indicat, rite latam et promulgatam legem, fere nemo est qui neget. Sed multum abest, ut auctores ceteroquin consentiant. De tribus praecipue rebus disceptatur, de modo confectionis, de persona legislatoris, de tempore originis[1].

De singulis nunc disserendum est.

Quod ad modum confectionis attinet, Joh. Merkel, novissimus editor Legis, eam non uno actu paratam, sed paulatim compositam esse arbitrabatur, ita quidem, ut et plures recensiones totius Legis et plures partes primae recensionis discernendas esse existimaret. A regibus enim Merovingorum, praecipue a Chlotachario II. (613—628) primam, a Lantfrido duce Alamannorum secundam, a Karolo Magno imperatore tertiam recensionem factam esse contendit. Legem igitur Hlotharii, Legem Lantfridanam, Legem Karolinam distinxit. Neque non Legem Hlotharii in tres libros divisit, quorum primum (tit. I—LXVI. editionis nostrae) a Chlotachario II. ipso, secundum (tit. LXVII—XCI. ed. nostr.) a Dagoberto I. rege, tertium, scilicet Additamenta, ab ignoto quodam legislatore in fine septimi vel initio octavi saeculi conditum esse disseruit. Hanc divisionem Merkelii falsam esse nunc demonstrandum est.

Perperam virum doctum illum Legis Hlotharii tres libros distinxisse: librum primum, librum secundum, Additamenta, facile est probandum. Additamenta enim illa non Legis, sed Pacti partem esse, supra demonstratum est, itaque pro priore, non pro posteriore iuris fonte habenda et a Lege plane separanda sunt. Libri secundi a libro primo distinguendi argumenta Joh. Merkel ex eo duxit, quod codex A 8 indicem solummodo usque ad tit. LXVI. ed. nostr. perfectum offert, et codex A 12 post tit. LXVI. fragmenta Pacti inserit. Haec non sufficere satis apparet. Nam codex A 8, etsi index eius in tit. LXVI. desinit, in ipso textu etiam sequentium capitum rubricas praebet, codex A 12 autem fragmenta Pacti etiam aliis locis inserit. Re vera nihil fere est, quod differat inter librum 'primum' et 'secundum'. Eadem ratio loquendi in utroque. Primum capitulum 'libri secundi' continuat materiam ultimi capituli libri 'primi'. Multae denique normae, praecipue ad ius fundorum pertinentes, in 'libro secundo' tantae vetustatis colorem ostendunt, ut vix recentiore tempore quam 'liber primus' scribi potuerint. Quibus de causis, cum librum quendam secundum a libro primo cum Merkelio discernere non possimus neque etiam, ut ullam aliam divisionem in Lege faciamus, necessarium esse videatur, totam Legem Hlotharii unam et uno actu paratam esse pro certo habere possumus.

Neque melius fundata est altera tripartitio illa Merkeliana, qua Leges Hlotharii, Lantfridana, Karolina distinguuntur. Quod ad Legem Karolinam attinet, omnes hodierni auctores consentiunt nihil aliud eam esse quam Legem antiquam textu tantummodo emendato et expolito, rubricis et indice adiectis et in singulis — non omnibus — codicibus novis quibusdam edictis additis. Publicam recensionem Legis Alamannorum a Karolo vel Karoli temporibus factam esse nemo est, qui existimet. Magis ambiguum est, utrum divisio a Merkelio in Legem Hlotharii et Legem Lantfridanam facta probanda sit, an reicienda. Duo enim codices A 1. 2 ab aliis eo differunt, quod prologus non ad Chlotacharium, sed ad Lantfridum ducem his verbis Legem refert: In Christi nomine incipit textus lex Allamannorum, qui temporibus Lanfrido filio Godofrido renovata est — incipit

1) *Praeterimus illum prologum Legis Baiuwariorum:* Moyses gentis *etc. Quae enim de historia Legis Alamannorum refert nullius momenti esse constat inter omnes.*

textus eiusdem [1]. *Renovatam igitur esse Legem sub Lantfrido duce Joh. Merkel contendit, paratam vero a Chlotachario illo, a quo plerique codices datam eam esse dicunt. Quam ad rem probandam doctus ille vir differentias inter textum 'renovatum' et principalem non paucas interesse docuit. Quae tamen aut re vera non existunt, aut novae recensionis argumentum praebere non possunt. Multo enim maior pars differentiarum inde orta est, quod Joh. Merkel codicem A* 8 *saepe corruptum pro fundamento Legis Hlotharii posuit et omnia, quae in illo scripta erant, vero et principali textui, omnes autem aliorum manuscriptorum lectiones aut renovato textui tribuit aut falsa existimavit. Si loco codicis A* 8 *alius, exempli causa A* 12 *ponitur, textus Legis Hlotharii omnino fere cum textu Legis Lantfridanae concordat* [2].

Ex paucis vero lectionibus, quibus a codice A 12 *Lantfridana differt, minime colligendum est novam Legis redactionem esse factam. Aliae enim, tantum abest, ut novam lectionem ostendant, ut originalem potius textum offerre videantur* [3], *aliae nova praecepta praebent, quarum principia iam in Lege exstabant* [4], *aliae denique ad scriptorem codicis referendae sunt* [5]. *Re igitur Lex Lantfridana a Lege Hlotharii non abhorret. Quare ex variis prologis concludi non potest, duas redactiones Legis exstitisse, sed id solum, duas diversas traditiones de persona legislatoris vulgatas esse.*

Ex quibus quae melior sit, infra inquiretur. Nunc sat est demonstrasse unam tantum redactionem Legis Alamannorum traditam eamque uno eodemque actu totam paratam esse.

Quaeritur, quo tempore Lex data sit; qua de re tres sunt sententiae. Alii enim viri docti eam a Chlotachario II. rege inter annos 613. *et* 628. *datam, alii altera parte septimi saeculi temporibus Chlotacharii III. regis (*657—673*) ortam, alii denique, temporibus Lantfridi ducis et Chlotacharii IV. regis initio octavi saeculi paratam eam esse arbitrantur. Ad Chlotacharium II. referunt Legem viri doctissimi E. de Rozière, G. Waitz, A. Boretius; alteri parti septimi saeculi mecum adscripserunt P. F. Stälin, A. Esmein; ab Lantfrido ducunt A. von Daniels, A. F. Gfrörer, inprimis autem H. Brunner, cui Lex infra annos* 717. *et* 719. *orta esse videtur.*

Quarum sententiarum quae sit praeferenda, ex ipsa tantum Lege colligi oportet. Nam prologus, qui Chlotacharium legislatorem dicit, quamquam in plurimis codicibus invenitur, ideo tamen certum argumentum non praebet, quia tres Chlotacharii inter annos 600. *et* 720. *exstiterunt reges: Chlotacharius II. (*613—628*), Chlotacharius III. (*657—673*), Chlotacharius IV. (*717—719*). Alter autem prologus Lantfridum memorans duorum tantum codicum auctoritate haud satis fulcitur.*

Si vero ad ipsas normas Legis animum intendimus, eam initio septimi saeculi ortam esse negare debemus. Quae enim de rebus ecclesiasticis, quae de duce Alamannorum et de rege Francorum, quae de 'beneficio', de 'vassis', de forma cartarum praescribit, cum statu rerum Alamannicarum, qualis initio septimi saeculi fuisse existimatur, parum convenire videntur.

Ecclesiam enim christianam in Alamannia tempore Legis conditae iam magna auctoritate viguisse, ex multis titulis, scilicet de alienatione terrae ecclesiasticae, de iure perfugii, de die Dominico, de nuptiis inlicitis, de compositionibus clericorum, de servis et libertis ecclesiae, de sacramento super altare iurato satis apparet. Initio autem septimi saeculi fidem christianam in Alamannia cum superstitione pagana magnopere

1) *Tertius quoque codex, scilicet A* 9, *versionem habet:* Lodhanri rex dux Alamannorum; *cfr. infra in indice codicum A.* 2) *Cfr. G. Waitz, 'Gött. gel. Anz.'* 1850 *p.* 400 *sqq.; H. Brunner, 'SB.' p.* 150 *sqq.; 'N. Archiv' X, p.* 482 *sqq.* 3) *H. Brunner l. c. p.* 154 *sq.; 'N. Archiv' X, p.* 489. 4) *H. Brunner l. c. p.* 156; *'N. Archiv' X, p.* 489. 5) *H. Brunner l. c. p.* 155.

usque luctatam esse ex fontibus historiae Alamannicae apparet. Quare illas normas iam tunc conditas esse haud verisimile est[1].

Ducem Alamannorum verbo magis quam re imperio regum Francorum subiectum esse Legis praecepta docent. 'Dominus' Alamannorum dux, 'regnum' potestas eius, 'praeceptum' iussio eius, 'res dominicae' res ducis nominantur. Dux est summus iudex, qui cum populo iudices instituit, fredum adquirit, in exilium mittit, de mortis poena decernit. Neque vero summam rerum potestatem apud ducem esse aliae sententiae demonstrant. 'Utilitatem regis facere' potissimum officium ducis est. Dux facit militiam in exercitu regis, qui 'dominus' ducis est. Aut ante regem aut ante ducem criminis mortalis accusatio institui potest.

Quas normas de duce temporibus infirmae regiae potestatis constitutas esse vix dubitari potest. Cum vero septimo saeculo ineunte Merovingorum regnum adhuc vigeret, ad illa tempora normae illae non referendae esse, sed potius alteri parti septimi vel initio octavi saeculi congruere videntur, quibus temporibus maioribus domus re vera, Merovingis regibus verbo tantum regnum tenentibus, ducum potestas valde aucta erat[2].

De terra ad 'beneficium' a laico ab ecclesia suscepta tit. II. Legis constituitur, ubi de contractu precariae inter ecclesiam et laicos agitur. Vox 'beneficium' autem in contractibus precariarum non ante medium septimi saeculi invenitur, praesertim si acceptor domino terrae censum solvit, ut in Lege memoratur. Ex voce 'beneficium' igitur argumentum duci potest, Legem non iam saeculo septimo ineunte ortam esse[3].

De 'vassis' ducis aut comitis tit. XXXVI, §. 3. ita tractatur, ut liberos homines eos esse appareat. Nam ad placitum venire ne negligant, valde commonentur. Vassorum nomen autem posterioribus demum temporibus ad liberos homines translatum esse, satis constat[4].

De cartis tit. XLII, §. 1. praescribitur, ut annum et diem evidenter ostendant, et nonnullis aliis quoque locis carta commemoratur. Per cartam fundi traduntur, servi dimittuntur. Negotia ecclesiae semper per epistolam firmantur. Cum autem rarissimus initio septimi saeculi in Alamannia usus cartarum fuisse videatur — antiquissimae enim cartae Alamannicae, quae ad nos pervenerunt, ad finem septimi saeculi reducendae sunt — specialia illa Legis praecepta de cartis argumentum recentioris originis praebent[5].

Quibus de causis hoc quidem constare videtur, Legem post medium demum saeculum septimum ortam esse. In dubio autem esse posset, utrum Lex altera parte septimi an ineunte octavo saeculo oriunda esset, nisi eam ad octavum saeculum potius, quam ad septimum referendam esse H. Brunner evidentissime demonstrasset[6].

De die enim Dominico tit. XXXVIII. legitur: Ut die Dominico nemo opera servile praesumat facere, quia hoc lex prohibuit et sacra scriptura in omnibus testavit. Si quis servus in hoc vitio inventus fuerit, vapuletur fustibus. Liber autem corripiatur usque ad tertium. Si autem post tertiam correptionem in hoc vitio inventus fuerit et Deo vacare die dominico neglexerit et opera servile fecerit, tunc tertiam partem de hereditatem suam perdat. *Quas normas cum libro poenitentiali Theodori Cantuariensis convenire iam Joh. Merkel intellexit. Leguntur enim in libro Theodori haec:* Qui operantur die Dominico eos Graeci prima vice arguunt, secunda tollunt aliquid ab eis, tertia vice partem tertiam de rebus eorum, aut vapulant vel 7 diebus poeniteant[7].

Theodorus, qui morem Graecorum sequitur, monachus Tarsensis fuerat. Anno 668. *a Vitaliano papa in Britanniam missus et ibi archiepiscopus factus anno* 690. *mortuus*

1) *'N. Archiv' X, p.* 492. 493. 2) *Cfr. H. Brunner l. c. p.* 168—171; *'D. Rechtsgeschichte' I, p.* 311. 3) *'N. Archiv' X, p.* 498. 499. 4) *G. Waitz, 'D. Verfassungsgeschichte' II*[3], 1, *p.* 222. 223. 5) *'N. Archiv' X, p.* 503, *et Zeumer, 'N. Archiv' VIII, p.* 486. 6) *H. Brunner, 'SB.' l. c. p.* 164 *sqq.* 7) *Cfr. F. W. H. Wasserschleben, 'Die Bussordnungen der abendländischen Kirche' p.* 195; *cfr. p.* 146.

est. Inter annos 668. *et* 690. *liber poenitentialis Theodori in Britannia scriptus est. In Galliam et Alamanniam doctrinae Theodori maxime a Cummeano translatae sunt, qui librum poenitentialem ultimis septimi vel primis octavi saeculi annis composuit. Ex quo libro Cummeani Legem Alamannorum normas illas hausisse dubitari non potest*[1].

Qua de causa Legem Alamannorum saeculo octavo ineunte conditam esse pro certo habemus. Prologus igitur Lantfridum memorans a veritate non abesse, alter autem ad Chlotacharium IV. referendus esse videtur.

Reliquum est, ut exponamus, utrum a rege Francorum an a duce Alamannorum Lex data sit. Regem Chlotacharium legislatorem fuisse alter prologus indicat, alter autem et verba illa codicum A 1. 2*:* Convenit enim maioribus nato populo Allamannorum una cum duci eorum Lanfrido vel citerorum populo adunato, ut si quis *etc., Lantfridum ducem praebent.*

Legem a Lantfrido duce una cum populo Alamannorum esse datam, H. Brunner[2] *clarissime demonstravit. Quod non solum verba supra citata codicum A* 1. 2, *sed etiam ipsae Legis sententiae ostendunt. In tit. XLI. enim is, qui iniuste appellavit, multa* 12 *solidorum afficiendus dicitur,* quia sic convenit duci et omni populo in publico concilio. *Tit. XXXVII. extra provinciam mancipia vendi vetat* post conventum nostrum, quod conplacuit cunctis Alamannis. *A duce 'per conventionem populi' iudex constituitur, tit. XLI; et reliqua etiam quae de duce statuuntur ducalem esse Legem ostendunt.*

Neque vero ipse prologus ille Chlotacharium commemorans aliter intelligi potest, quam Legem a Lantfrido duce datam, postea a Chlotachario IV. rege in conventu regni habito esse confirmatam. Tantum enim numerum episcoporum et ducum et comitum nullo alio loco, quam in conventu regni congregari potuisse nemo neget. Quare aut illum prologum repudiare aut confirmationem a rege factam esse pro vero habere debemus. Repudiandus prologus ideo nobis esse non videtur, quia omnes codices exceptis A 1. 2 *eum Legi praemittunt. Neque vero, ut prologum ex Pacto per errorem ad Legem translatum esse crediderim, adduci possum, cum Pactum pro privati cuiusdam libro, non pro lege habendum existimem. Prologus potius, quem A* 12 *Pacto praemittit, per errorem ex Lege desumptus esse mihi videtur, quia* 45 *comites in nullo alio codice,* 65 *comites vero in codice A* 12 *in prologo Legi praemisso inveniuntur*[3]. *Accedit, quod ex Lege ipsa consensum regis Francorum necessarium fuisse colligi posse videtur. Pluribus enim locis de rege tractatur. Furta aut in exercitu,* ubi rex ordinaverit exercitum, *aut in curte regis commissa iudicantur. Quanta sit compositio servi regis, definitur. De fredo propter episcopi occisionem duci aut regi solvendo et de accusatione ante regem aut ante ducem instituenda agitur. De filio ducis contra patrem rebellante a duce ad regem transmittendo et de hereditate ducis regi accrescente constituitur. Tales normas sine consensu regis, qui 'dominus' ducis dicitur, promulgari potuisse, verisimile non est. Quamobrem quin prologo de Chlotachario narranti fidem tribuam, facere non possum.*

Legem igitur a Lantfrido duce datam, a rege Francorum in conventu regni confirmatam esse, existimo. Cum autem Lantfridum filium Godofridi inter annos 709. *et* 730. *ducatum Alamannorum habuisse et Chlotacharium IV. ab anno* 717. *usque ad annum* 719. *regno Francorum praefuisse constet, coniciendum est, Legem inter annos* 717. *et* 719. *ortam esse.*

Lex Alamannorum in tres partes divisa esse videtur. Inveniuntur enim in omnibus codicibus, nec non in iis, qui et indice et rubricis in textu carent, duae rubricae. Titulo XXIII. praemittitur rubrica: De causis, quae ad ducem pertinent, *titulo XLIV. rubrica:* De causis, quae saepe contingere solent in populo. *Tituli igitur I—XXII. primam,*

1) *Cfr. H. Brunner l. c. p.* 164 *sqq.* 2) *H. Brunner l. c. p.* 166 *sqq. et 'D. RG.' I, p.* 310. 311. 3) *'N. Archiv' X, p.* 474.

XXIII—XLIII. secundam, XLIV. et sequentes tertiam partem Legis efficiunt. In prima parte ius ecclesiae, in secunda ius ducis, in tertia ius populi tractatur[1]. *Ulteriores denique sex tituli tertiae partis (tit. LXXXVI—XCI) quasi additamenta totius Legis sine certo ordine subiecti esse videntur*[2].

§. 4. *De Epitome Legis Alamannorum.*

In duobus codicibus bibliothecae regiae Monacensis, quos littera C signamus, excerpta quaedam Legis Alamannorum inveniuntur, Legi Baiwariorum subiecta, ut afferant, quae in pacto Bawariorum desunt . . . in pacto Alamannorum habentur. *Haec excerpta vel epitomen Legi Alamannorum subicienda duxi.*

II. DE CODICIBUS LEGUM ALAMANNORUM.

§. 5. *De codicum classibus.*

Joh. Merkel, in priore Legis Alamannorum editione instruenda, digessit codices in novem classes, A, B, C, D, E, F, G, H, I, ex quibus aliae paucos vel unum tantum, aliae plurimos codices complexae sunt. Classis A, ut exemplum afferamus, solum codicem Parisiensem Lat. 10,753, *classis I. codices* 16. *comprehendit. Rationem digestionis non praebuit tripartitio a viro docto illo in redactionem Chlotarianam, Lantfridanam, Karolinam facta, cum haud raro codices eiusdem classis alii ad alias redactiones ab eo numerarentur*[3], *sed affinitas, quam inter singulos codices, sive in lectionibus sive in ipso argumento eorum apparere arbitrabatur.*

Quae digestio Merkeliana nobis, utpote quae levissimis momentis nitatur, reicienda et inter duas tantum classes codicum distinguendum esse videtur.

Prima classis, quam litera A significamus, antiquiorem, altera, quam litera B significamus, recentiorem textum exhibet.

Classis A continet 12 *codices, qui excepto uno, scilicet A* 7, *omnes VIII—X. saeculo scripti sunt. Itaque sermo rudis atque corruptus est, distinctio titulorum in textu aut nulla aut valde imperfecta. Singula capita saepe verbo 'ut' introducuntur, quasi ex ipsa legislatione effluentia, fredus* 40 *solidorum interdum pro fredo* 60 *solidorum occurrit, quae cum aliis argumentis codices classis A antiquiorem textum continere significant. Singuli tamen codices huius classis, quod ad indicem et numeros et rubricas textus attinet, inter se valde differunt. Indicem enim non omnes, sed septem tantum codices praebent (A* 1. 4. 6—9. 11*). Rubricas in textu paucissimas plerique codices praebent, in quatuor autem codicibus sive omnibus sive plerisque titulis rubricae praefiguntur (A* 4. 8—10*). Numerus titulorum in aliis codicibus alius est. Invenimus* 94 *(A* 3. 9*),* 95 *(A* 1. 12*),* 97 *(A* 4. 6. 7*),* 98 *(A* 10*),* 99 *(A* 5*),* 102 *(A* 2. 8*) titulos. Quibus ex rebus colligitur, textum genuinum, cui codices A propinquiores sunt, quam codices B, neque indicem neque rubricas, nisi illis paucissimis locis, ubi omnes codices A rubricas praebent, neque certum numerum titulorum habuisse.*

Classis B continet 41 *codices, quorum nullus in octavo, singuli in nono, plerique in decimo et undecimo, unus in duodecimo saeculo scripti sunt. Sermo emendatior atque elegantior est, multoque magis grammaticae leges observantur, quam in codicibus A. Omnes fere codices B indicem titulorum praebent, in omnibus fere codicibus B textui Legis numeri et rubricae titulorum adiecta sunt, et numerus quidem titulorum in pleris-*

1) *Cfr. H. Brunner, 'SB.' l. c. p.* 171. *In fontibus iuris septentrionalis similes partes inveniuntur (Kristindómsbalkr, Konungsbalkr etc.).* 2) *Cfr. 'N. Archiv' X, p.* 491*; H. Brunner l. c. p.* 172.
3) *C* 1. 2. 4, *ut exemplum afferamus, ad Lantfridanam, C* 3 *ad Karolinam ponebantur.*

que codicibus B idem est, nonaginta novem scilicet, et rubricae eundem fere tenorem plerumque habent.

Quod ad ipsum Legis textum pertinet, multi, sed non omnes codices B eo distinguuntur a codicibus A, quod quibusdam locis sive alium textum quam codices A sive additamenta ad communem textum offerunt. Sed nulla consensio inter singulos codices B in hoc exsistit. Sunt codices, quos sola polita forma a codicibus A differat (B 1—7), alii, qui non mutatum, sed solummodo auctum textum contineant (B 8—15), alii, qui non auctum, sed solummodo mutatum textum ostendant (B 16), alii denique, qui et auctum et mutatum textum praebeant (B 17—36). Itaque non mutationibus et additamentis differt classis B a classe A, sed sola forma elegantior communem notam codicibus B apponit.

Nunc de singulis codicibus utriusque classis disserendum est.

§. 6. *De codicibus A.*

A 1. *Primum locum tenet codex Sangallensis n.* 731, *de quo cfr. LL. III, p.* 3. *Inter vetustissimos Legis nostrae codices codex est numerandus. Mense enim Octobri anni* 793. *a Wandalgario quodam scriptum eum esse comperimus. Lex Alamannorum exstat pagg.* 295—341; *post primum titulum index legitur* 95 *rubricarum, quarum numeri in ipso textu repetuntur. Inter tit. XXXVII. et XLI. folium duarum paginarum deficit. Sermo valde corruptus est. Leguntur:* citerorum, habiat, facire, adibiat, conteniant, permaniat, abstragire, spundit, fridum; *porro* oculus *(oculos),* illus *(illos),* nus *(nos),* pastur *(pastor),* cognuscant, sagramentalibus, quoram *(coram),* barrocia *(parochia) etc. Fere semper* Allamanni, *raro* Alamanni *scriptum est. Verba vernacula propriam suam formam habent. Leguntur:* aisteraanti, laytiaunt, tautragilli, nostahet, morginagepha. *Textum Legis, priore iam tempore a Carolo Wegelin collatum, nunc a praefecto bibliothecae Sangallensis transmissum ipse denuo evolvi.*

A 2. *Codex bibl. reg. Monacensis Lat.* 4115 *(olim Cim. IV,* 3*g), de quo cfr. LL. III, p.* 3. *et A. Holder, 'Lex Salica mit der malloberg. Glosse nach den Hss. von ... Wolfenbüttel und von ... München' (*1879*), p.* 85 *sqq. Codex saeculo VIII. exeunte vel IX. ineunte scriptus usque ad tit. XXII. editionis nostrae deperditus est. Sed prologus et verba initialia textus apud Eckhart, Commentarii de rebus Franciae orientalis I, p.* 493, *sunt conservata. Indice caret codex. Rubricas in textu paucissimas, titulos Legis Alamannorum* 102 *habet. Cum codice A* 1 *ita convenit, ut ex eodem fonte, ac ille, fluxisse videatur. Nota enim de Lantfrido, quae ceteris deest, in utroque invenitur et in fine Legis uterque duas sententias praebet, quae in ceteris codicibus classis A non inveniuntur. Sed A* 1 *hunc codicem elegantiorem et correctiorem sermonem exhibentem superat vetustate et auctoritate textus. Textum Legis, fol.* 24—42. *codicis scriptum, prius iam a b. m. Foeringer collatum, nunc huc transmissum ipse denuo evolvi.*

A 3. *Codex bibl. caes. Vindobonensis* 502 *(olim iur. civil.* 211*), saeculo IX. scriptus, de quo cfr. LL. III, p.* 3. *Codex, qui foliis* 19—41. *Legem Alamannorum continet, titulos habet* 94. *Codex quamvis cum duobus antecedentibus ad eandem, ut ita dicam, familiam pertinere videatur, cum §§.* 3. 4. *tit. XCVII. in his tribus solis codicibus A inveniantur, tamen haud magni aestimandus est. Nam et materia et forma Legis fere nihil proprii habet, et recentiorem originem testantur repetitiones et allegationes, quas singulis locis invenimus (cfr. tit. XXVII. XLVIII. XLIX. LVII. LXIX). Sed codex, cum neque indicem neque rubricas in textu nisi paucissimis locis habeat sermonemque barbarum praebeat, ad classem A numerandus est. Codicem, prius a b. m. Pertz collatum, nunc nobis transmissum ipse denuo evolvi.*

A 4. *Codex Vaticanus Christinae reg.* 520. *saeculi X, de quo cfr. LL. III, p.* 3. *et 'Archiv' XII, p.* 287. *Codex, qui fol.* 111—121. *Legem Alamannorum continet, et*

indicem et rubricas in textu habet. In indice 98, *in textu* 97 *tituli inveniuntur. Collationem Merkelii secutus sum.*

A 5. *Codex Parisiensis Lat.* 4759 *B (olim Colbertinus* 5444), *de quo cfr. LL. III, p.* 4. *Codex saec. X. scriptus, qui nihil nisi Legem Alamannorum continet, neque indicem neque rubricas in textu nisi paucissimis locis habet. Numeri singulis titulis textus adscripti sunt* 99. *In huius quoque codicis collatione Merkelium secutus sum.*

A 6. *Codex tabularii cathedralis ecclesiae Mutinensis ord. I, n.* 2. *mbr. anno* 991. *scriptus, de quo cfr. LL. III, p.* 3. 4. *et 'Archiv' XI, p.* 599. 600. *Codex, qui fol.* 110—127. *Legem Alamannorum continet, indicem quidem habet, rubricas autem in textu paucissimas tantum. Numeri* 97 *titulorum in indice et textu conveniunt. Textum contulit J. Merkel, quem secutus sum.*

A 7. *Codex bibl. ducalis Gothanae* 84. *saec. XI. ineuntis, de quo cf. LL. III, p.* 4. *et 'Archiv' XI, p.* 607. *Codex, cuius foliis* 195—201. *Lex Alamannorum scripta est, indicem exhibet, rubricas in textu paucissimas. Initium indicis folio uno deperdito usque ad tit. LVI. deest. Numeri* 97 *titulorum in indice et textu concordant. Codicem a Merkelio collatum, huc transmissum ipse denuo contuli.*

A 8. *Codex ducalis Guelferbytanus* 560 *(olim inter Helmstadienses nr.* 513), *saeculo VIII. scriptus, de quo cfr. LL. III, p.* 2. *et O. von Heinemann, 'Die Handschriften der herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel' (*1886*) p.* 7. 8. *Hic codex, qui solam Legem Alamannorum continet, codici A* 1. *vetustate et barbaro sermone par, valore tamen inferior est. Nam multis locis textum mutilatum vel corruptum exhibet, proprii autem fere nihil habet. Laudari igitur in priore editione non potest, quod eum primo loco posuit Sed, quia vetustate omnes fere alios codices superat, textus eius perpendendus est, quando ceteri codices inter se discrepant. Et index et rubricae in textu exstant, sed index a tit. LXVII. editionis nostrae deficit. Titulorum numeros* 102 *habet. Codicem a b. m. Pertz iam evolutum, nobis transmissum cum editis denuo contuli.*

A 9. *Codex Parisiensis Lat.* 4404. *saeculi IX. ineuntis, de quo cfr. LL. III, p.* 2. *Codex, qui textum Legis Alamannorum fol.* 194—209. *continet, ex eodem fonte ac A* 8 *sumptus videtur; sermonem autem magis politum et emendatum praebet. Index usque ad tit. LVII. editionis nostrae ductus est. Rubricae in textu paucissimae inveniuntur. Tituli in textu* 94 *sunt. Codicem a b. m. Knust collatum, huc transmissum ego denuo recognovi.*

A 10. *Codex Sangallensis* 729, *in priore parte saeculi IX. scriptus, de quo cfr. LL. III, p.* 2. 3. *Codex, qui textum Legis Alamannorum a pagina* 355. *usque ad paginam* 404. *continet, indicem omittit, rubricas plerisque titulis, sed non omnibus, in textu additas exhibet. Tituli* 98 *enumerantur. Saepe hic codex a reliquis omnibus codicibus differt. Codicem, a Carolo Wegelin iam collatum, nobis transmissum ego denuo recognovi.*

A 11. *Codex ducalis Guelferbytanus Gudianus* 327. *saeculi IX. ineuntis, de quo cfr. LL. III, p.* 4. *Quem codicem a duobus librariis fere eodem tempore scriptum esse, demonstravit J. Merkel, quorum alter exemplar codicum classis A, alter exemplar codicum classis B ante oculos habuit. Quare duae partes distinguendae sunt, quarum altera ad classem A, altera ad classem B ponenda est. Pars ad classem A ponenda complectitur indicem et tit. I—XXVI. XLII med. — LIII. editionis nostrae fol.* 65—73. 75—81. 90—93. *Pars ad classem B referenda, quam literis B* 11. *significavi, continet tit. VI. XXVIII—XLII. LV—XCIX. editionis nostrae (B) in fol.* 74. 82—89. 94—115. *Codex indicem Legis Alamannorum exhibet, rubricas in textu paucas tantum habet. Codicem a Merkelio evolutum, nobis transmissum ego denuo recognovi.*

A 12. *Codex Parisiensis Lat.* 10753 *(olim Paris. Suppl. Lat.* 215*) saec. X, de quo cfr. J. Merkel in LL. III, p.* 1. 2. *et R. Sohm in LL. V, p.* 195. *Codex ex* 154 *foliis constat. Fol.* 126—132, 134—139' *Lex Ribuaria scripta est. Sequitur in fol.* 139'—154.

Lex Alamannorum, cuius fragmentum etiam fol. 133. *continet, hoc quidem modo: Folia* 139—150′. *tit I—LXI. med. nostrae edit. praebent, fol.* 133. *textum continuat usque ad tit. LXVI. med. Sequitur fol.* 133. *fragmentum II. Pacti usque ad §.* 23, *tunc fol.* 151. *reliqua pars fragmenti II. Pacti. Fol.* 152. *fragmentum IV. Pacti et tit. LXVII—LXXVII. med. Legis continet, fol.* 153. *fragmentum III. Pacti, fol.* 154. *denique post Legis tit. LXXXIV med. — XCI. fragmentum I. Pacti profert. Ordo igitur foliorum, quae Legem exhibent, hic est:* 139—150. 133. 152. 154; *ordo foliorum, quae Pactum continent, hic:* 154. 133. 151. 153. 152. *Periisse videntur duo vel tria folia, quae tit. LXVI. finis, LXXVII—LXXXIV. med. Legis et fragmentum V, fortasse etiam alias partes Pacti continuerunt. Codex A* 12 *optimae notae est, non solum quod quatuor fragmenta Pacti conservavit, quae in aliis codicibus non inveniuntur, sed etiam quod textum Legis Alamannorum genuinum fideliter tradidit. Neque indicem neque rubricas in textu nisi paucissimas habet. Tituli enumerantur* 95 *in A* 12. *Codicem a Merkelio iam prius evolutum et nobis ex bibliotheca Parisiensi transmissum ego denuo recognovi.*

Haec de 12 *codicibus ad classem A numerandis. Tres familiae inter eos distingui possunt, quarum prima codices* 1—3, *altera codices* 4—7, *tertia codices* 8—12 *comprehendit. Familia prima §§.* 3. 4. *tit. XCVII. habet, quae familiae secundae desunt. Familiae tertiae non solum eaedem paragraphi desunt, sed etiam tit. XXXIII. abest.*

Tres codices inter hos 12 *insignes esse videntur, scilicet A* 1. 8. 12, *ob vetustatem et auctoritatem textus. Hos igitur codices pro fundamento nostrae editionis habendos esse duximus, ita ut primo loco A* 1, *secundo A* 12, *tertio A* 8 *respiceretur. Ubi ambiguum erat, quaenam lectio eligenda esset, reliqui quoque codices adhibebantur, praecipue codices A* 2. 4. 10.

§. 7. *De codicibus B.*

In classem B numerandi sunt 41 *codices.*

B 1. *Primum locum tenet codex, cuius folia priora in Musei Britannici Egerton.* 269 *(olim Spangenberg.) saec. X. vel XI, de quo cfr. LL. III, p.* 5. *et Pertz in 'Abh. d. Berl. Akad.'* 1857, *p.* 87—96, *exstant, reliqua in codice Parisiensi Lat.* 4633 *(reg.* 5190*) saec. X, de quo cfr. LL. III, p.* 5. *et 'Archiv' XI, p.* 535. *Ille indicem et tit. I. II. §.* 1. *Legis Alamannorum, hic reliquas partes Legis continet. De codice Egerton. iis usi sumus, quae apud E. Spangenberg, 'Beiträge zu den deutschen Rechten des Mittelalters', exstant; partis Parisiensis collationem a C. F. Weber prius factam secuti sumus.*

B 1*a. Codex Parisiensis Lat.* 18236 *(Nouv. acq.* 95*) saec. IX. vel X, de quo cfr. LL. V, p.* 202. *Codex, qui sex tantum foliis constat, fol.* 1. *fragmenta Legis Ribuariae, fol.* 2—6. *fragmenta Legis Alamannorum continet. Folia* 2. 3. *indicem exhibent a tit. XXXVI. usque ad finem et tit. I. usque ad verba* sacerdotem qui ad. *Fol.* 4. *continet tit. III. IV. V. et tit. VII. usque* convictus. *Fol.* 5. 6. *continent textum a verbis tit. LIX.* tunc duos testes *usque ad tit. LXV,* §. 14: a primo nodo. *Codicem e bibliotheca Parisiensi transmissum ipse recognovi.*

B 1*b. Codex comitis de Solms-Baruth, nuper in castello Klitschdorf apud urbem Bunzlau sito a viro doctissimo Wernicke inventus, saec. IX. vel X. Codicis olim* 186 *folia existebant, adhuc* 141 *folia integra et* 4 *folia mutilata existunt. Continet fol.* 1—3. *prologum:* Moyses gentis *aliaque ex Isidoro, fol.* 3′—20. *fragmenta codicis Theodosiani, fol.* 20′—24. *scripta ecclesiastica, fol.* 26—60. *Legem Salicam emendatam (usque ad cap. LXX), fol.* 60′—83. *fragmentum Legis Ribuariae (usque ad cap. LXXVIII, classis B editionis), fol.* 87—116′. *Legem Alamannorum, fol.* 116′—145. *fragmentum Legis Baiuwariorum (usque ad X,* 9. *textus III. ap. Merkel), fol.* 147—156. 161. *capitularia, cap. LXXI. LXXII. Legis Salicae emendatae, recapitulationem Legis Salicae (ed.*

Hessels A). Legis Alamannorum textus totus, indicis vero paucissimae reliquiae exstant. Codicem huc transmissum ego recognovi.

B 2. *Codex Havniensis regius coll. ant. Gottorp.* 1943. *saec. IX. vel X, de quo cfr. LL. III, p.* 5. *et V, p.* 199. *Collatione a b. m. G. Waitz facta usus sum.*

B 3. *Codex bibliothecae regiae Bambergensis* 33 *(olim II/₂), saeculi X, de quo cfr. LL. III, p.* 5. *et V, p.* 199. *Collatione a L. Bethmann facta utimur.*

B 4. *Codex Monacensis regius Lat.* 19415 *(Cimel. IV, 3d, 325, olim Tegernseensis* 1415*) saec. IX. et X, de quo cfr. LL. III, p.* 5. *et 'Archiv' VI, p.* 556—558. *Codex inde a p.* 236. *Legem Alamannorum continet. Collationem a H. K. Foeringer factam sequimur.*

B 5. *Codex Parisiensis Lat.* 4632. *saec. X, de quo cfr. LL. III, p.* 6. *et V, p.* 197. *Merkelii collationem in hoc codice sequimur.*

B 6. *Codex bibl. civitatis Hamburgensis in scrin.* 141 *a.* 4° *(olim Corbeiensis) saec. IX. vel X, de quo cfr. LL. III, p.* 6. *Codicem, qui Legem Alamannorum p.* 238—273. *continet, a Merkelio evolutum ipse denuo recognovi.*

B 7. *Codex Parisiensis Lat.* 4628. *saec. X, de quo cfr. LL. III, p.* 6. *et V, p.* 200. *Recensionem Merkelii sequimur.*

Novem hi codices ad materiam Legis novi nihil afferunt. Sola elegantior forma ad classem B eos numerandos facit. Omnes et indicem et rubricas in textu habent. Tituli et indicis et textus in omnibus 98 *numerantur. Arctius inter se coniuncti sunt et codices* 1—3 *et codices* 4—7.

B 8. *Codex bibl. civitatis Trevirorum* 843 *(olim Epternacensis) saec. IX, de quo cfr. LL. III, p.* 4. *Codicem, qui solam Legem Alamannorum continet, iam a E. Boecking collatum, nunc nobis transmissum denuo recognovi. Qui a prioribus codicibus eo differt, quod post finem Legis additamentum breve quoddam exhibet. Praebet et indicem et rubricas in textu. Tituli inveniuntur* 99.

B 9. *Codex Monacensis regius Lat.* 4460 *(olim Bambergensis) saec. XI, de quo cfr. LL. III, p.* 5. 174. *Collationem Wattenbachii sequimur.*

B 10. *Codex Parisiensis Lat.* 4787. *saec. X, de quo cfr. LL. III, p.* 6. *Collationem Rudolphi Dareste sequimur.*

B 11. *Codex ducalis Guelferbytanus Gudianus* 327, *de quo cfr. supra p.* 12, *ubi de aliqua parte codicis ad classem B trahenda agitur.*

Codices B 9. 10. 11 *a codicibus B* 1—7 *eo differunt, quod tit. VI. textus B perverso loco quasi extravagantem constitutionem praebent, scilicet B* 9 *plane separatum a Lege, B* 10 *Legi praemissum, B* 11 *post tit. XXVI. textus A positum. Codices B* 9. 10 *et indicem et rubricas habent. Tituli in codicibus* 9. 10 *enumerantur* 98, *in codice* 11 *vero* 99.

B 12. *Codex civitatis Sangallensis* 338 *(olim C* 7*) saec. X, de quo cfr. LL. III, p.* 5. 6. *et V, p* .198. 199. *Ex quo codice textum Legis Alamannorum M. Goldast, Rer. Alamann. SS. II,* 1 *(*1606*), p.* 15—34, *edidit. J. Merkel codicem denuo evolvit, quem sequimur.*

B 13. *Codex Monacensis regius* 3853 *(inter libros eccl. cathedr. Augustae Vindelicorum* 153*) saec. X, de quo cfr. LL. III, p.* 6. *Collatione a H. K. Foeringer facta utimur.*

B 14. *Codex Monacensis regius* 4115 *(olim monasterii S. Crucis in Austria) saec. IX, de quo cfr. LL. III, p.* 6. 7. *Collationem Wattenbachii sequimur.*

Codices B 12. 13. 14 *non solum tit. VI. textus B praebent, sed etiam duplam formam tituli VIII, et veterem et novam quandam commutatam. Quamobrem quasi unius familiae membra esse videntur. Codex B* 12 *titulos habet* 98, *codices B* 13. 14 *titulos* 100. *Indicem exhibent codices B* 13. 14, *rubricas in textu codices B* 12. 14.

B 15. *Codex Fuldensis, quo utebatur Basilius Johannes Herold. Cuius codicis*

lectiones, cum nunc deperditus sit, recipimus ex Heroldi libro (cfr. infra §. 9), ubi index deest, rubricae autem singulis titulis, quorum numerus est 107, *praefixae sunt.*

A codicibus B 1—7 *hic eo differt, quod tit. VI. textus B et praeter veterem formam tituli V. aliam novam exhibet. Praeterea in fine complures sententias habet, quas praeter eum soli codices A* 1. 2. 3 *ostendunt.*

B 16. *Codex qui dicitur Tilianus, nunc deperditus, quo usus est Johannes Tilius, ex cuius editione lectiones sumpsimus. Qui codex et indicem et rubricas in textu, titulos autem* 99 *habuisse videtur.*

A codicibus B 1—7 *eo differt, quod tit. VI. et novas titulorum V. et VIII. formas loco veterum continet.*

B 17. *Codex capituli Eporediensis* 33. *saec. X, de quo cfr. LL. III, p.* 6. *et V, p.* 201; *'Archiv' XI, p.* 549; *XII, p.* 594; *Pertz, 'Abh. der Berl. Akad.'* 1857, *p.* 80. 85. *Codex et indicem et rubricas in textu habet. Titulos Legis Alamannorum, quam fol.* 53′—79′. *continet, ostendit* 98. *Recensionem Merkelii sequimur.*

A codicibus B 1—7 *eo differt, quod tit. VI. textus B, duplam formam titulorum V. et VIII. et in fine Legis additamentum quoddam continet.*

B 18. *Codex bibl. caes. Vindobonensis* 601 *(olim iuris civ.* 288*) saec. XII, de quo cfr. LL. III, p.* 7. *Codex et indicem et rubricas in textu habet. Tituli enumerantur in indice* 99, *in textu* 95. *Collationem Pertzii sequimur.*

Codex B 18 *a codicibus B* 1—7 *propria forma tituli XIV. differt. Praeterea inter titulos XXXVI. et XXXVII. caput, quod reliquis codicibus deest, praebet.*

B 19. *Codex Lugdunensis Voss. Lat.* 119. 4°, *saec. IX, de quo cfr. LL. III, p.* 7. 184. 185. *Codex, qui fol.* 93′—108. *Legem Alamannorum continet, et indicem et rubricas in textu habet. Tituli enumerantur in indice* 99, *in textu* 97. *Codicem, quem G. H. Pertz contulit, nunc nobis transmissum, denuo recognovi.*

B 20. *Codex S. Pauli in Karinthia saec. IX, de quo cfr. LL. III, p.* 7; *A. Boretius, 'Die Capitularien im Langobardenreich' (*1864*), p.* 29—32; *'Archiv' XI, p.* 575. *Lex Alamannorum fol.* 93—116. *continetur. Codicis, qui et indicem et rubricas in textu habet, collatione a G. Prisner facta utimur.*

B 21. *Codex Vaticanus Christ. reg.* 857. *saec. IX. vel X, de quo cfr. LL. III, p.* 7. *et 'Archiv' XII, p.* 310. *Codex, qui Legem Alamannorum fol.* 41—72. *continet, et indicem et rubricas in textu habet. Collationibus a Frid. Bluhme et G. H. Pertz factis utimur.*

B 22. *Codex Vaticanus Christ. reg.* 991 *(olim* 320. 1175. 1027. 723*) saec. IX, de quo cfr. LL. III, p.* 7. *et 'Archiv' XI, p.* 584, *XII, p.* 312. *Codex, qui Legem fol.* 52—66. *usque ad tit. LVIII. continet, et indicem et rubricas in textu habet. Collationem Merkelii sequimur.*

B 23. *Codex Vaticanus Christ. reg.* 1050 *(olim* 379*) saec. X, de quo cfr. LL. III, p.* 7. 8. *Codex, qui fol.* 134—139. *tit. I—XXXIX. Legis Alamannorum continet, indice caret, sed rubricas in textu habet. Merkelii collatione utimur.*

B 24. *Codex Vaticanus Christ. reg.* 1128 *(olim* 377*) saec. X. aut XI, de quo cfr. LL. III, p.* 8. *Codex, qui fol.* 257—271. *Legem nostram continet, et indicem et rubricas in textu habet. Adnotationes de eo a G. H. Pertz factas adhibemus.*

B 25. *Codex Parisiensis Lat.* 4614 *(olim Colb.* 777, *reg.* 4898*)* 4°, *de quo cfr. LL. III, p.* 8. *et 'Archiv' XI, p.* 585. 586. *Pars Legem Alamannorum continens saec. X. scripta est, et indicem et rubricas in textu praebet. Baluzii notas sequimur.*

B 26. *Codex Parisiensis Suppl. Lat.* 75. *saec. X, de quo cfr. LL. III, p.* 8. *et 'Archiv' XI, p.* 589—595. *Codex et indicem et rubricas in textu habet. Baluzii notas adhibemus.*

B 27. *Codex Sangallensis* 732. *saec. IX, de quo cfr. LL. III, p.* 8. *Codex,*

qui Legem Alamannorum fol. 1—98. *continet, et indicem et rubricas in textu habet. Collatione a Carolo Wegelin facta utimur.*

B 28. *Codex ducalis Guelferbytanus Blankenburg.* 130. 52. *saec. X, de quo cfr. 'Archiv' XI, p.* 583; *LL. III, p.* 512. 513. *et LL. V, p.* 197. *Codex et indicem et rubricas in textu habet. Pertzii collatione utimur.*

B 29. *Codex bibliothecae publicae Argentinensis (olim Buchlerianus) saec. IX, anno* 1870. *incendio deletus, de quo cfr. LL. III, p.* 8. *Codex et indicem et rubricas in textu habuit. Collatione Pertzii sequimur.*

B 30. *Codex bibliothecae publicae Argentinensis C V* 6. *saec. IX, anno* 1870. *incendio deletus, de quo cfr. LL. III, p.* 8. 9. *Codex et indicem et rubricas in textu habuit. Johannes Schilter in libro, qui inscribitur: 'Die älteste Teutsche sowol allgemeine als insonderheit Elsassische und Strassburgische Chronicke von Jacob von Königshoven' (*1698*), p.* 622—699. *Legem Alamannorum ex hoc codice ad lucem edidit. Qua editione utimur.*

B 31. *Codex Stuttgartensis (olim Liebenauensis, Weissenaugiensis) saec. X, de quo cfr. LL. III, p.* 9. *et G. Haenel in 'Berichte über die Verhandl. der Königl. sächs. Gesellschaft der Wiss.' XVII. (*1865*) 'Phil. hist. Cl.', p.* 1 *sqq. Lex Alamannorum fol.* 1—33. *continetur. Collationem a Carolo Maier factam sequimur.*

B 32. *Codex Parisiensis Lat.* 4417. *saec. IX, de quo cfr. LL. III, p.* 9. 510. *et 'Archiv' XI, p.* 587. *Codex et indicem et rubricas in textu habet. Legem Alamannorum fol.* 110—130. *continet. Collatione a C. Fr. Weber facta utimur.*

B 33. *Codex Parisiensis Lat.* 4759. *saec. XI, de quo cfr. LL. III, p.* 9. 508. 509. *et 'Archiv' XI, p.* 588. 589. *Codex Legem Alamannorum usque ad tit. XLVII. fol.* 60—69. *continet, et indicem et rubricas in textu habet. Recognitionem Rudolphi Dareste sequimur.*

B 34. *Codex nunc deperditus, quo usus est Johannes Sichard in editione (cfr. infra §.* 9*). De quo codice cfr. LL. III, p.* 9. *Editio Sichardi non totam Legem, sed fragmenta tantum exhibet, scil. tit. I—VI. XXIV—XLIII. XLV—LV. LVII—LIX. An codex ipse plura continuerit, dubium est. Fragmenta rubricas ostendunt.*

B 35. *Codex Parisiensis Lat.* 18237 *(olim Fond de notre Dame* 252. *F* 9*), saec. IX, de quo cfr. LL. III, p.* 9. *Codex, qui textum Legis Alamannorum usque ad tit. LIII. continet, et indicem et rubricas in textu habet. Notitias a Rud. Dareste ad Joh. Merkel missas sequimur.*

B 36. *Codex vel codices, quibus nunc deperditis Lindenbrogius in edenda Lege Alamannorum (cfr. infra §.* 9*) praeter alios supra citatos usus esse videtur. Quas enim in notis addit lectiones quibusdam locis ab omnibus aliis codicibus abhorrent. Sub nomine codicis B* 36 *has varias lectiones colligendas esse duxi.*

B 37. *Codex Parisiensis Lat. Nouv. acq.* 204. *saec. X. vel XI, de quo cfr. 'N. Archiv' XII, p.* 579 *sqq. Codex, qui Legem Alamannorum fol.* 25—40'. *continet, et indicem et rubricas in textu habet. Codicem Merkelio incognitum, huc transmissum ipse recognovi.*

Codices B 19—37. *in titulis I, §.* 2. *II, §.* 2. *III. V. VI. VIII. novam recensionem exhibent; qui autem usque ad finem textum perducunt,* 99 *titulos praebent. Qua de re eidem quasi familiae adnumerandi sunt.*

B 38. *Ad classem B denique posui fragmentum quoddam parvum codicis saec. IX, quod in codice bibl. regiae Berolinensis* 5766 *(Ms. lat. fol.* 378*) inter p.* 65. *et* 66. *exstat. Cfr. 'N. Archiv' X, p.* 409. *Continet §§.* 11—14. *quinti fragmenti Pacti, sed ita mutilatas, ut de fide codicis nihil aliud appareat, quam ad recentiorem classem illum pertinuisse videri.*

Ut paucis complectar, quae de singulis codicibus monui, praeter B 38 *novem familiae in codicibus B distinguendae mihi videntur:*

Prima eundem atque classis A textum praebet. Differt sola forma polita a classe A. Continet codices B 1—7.

Secunda, quam repraesentat B 8, *additamento brevi ad finem Legis posito aucta est.*

Tertia, cuius membra sunt B 9. 10. 11, *tit. VI. addit.*

Quarta, quam efficiunt codices B 12. 13. 14, *tit. VI. et utramque formam tituli VIII. habet.*

Quinta, quae constat ex solo codice B 15, *tit. VI. et utramque formam tituli V. offert.*

Sexta, cuius unicum membrum est B 16, *tit. VI. et novas formas titulorum V. et VIII. loco veteris textus praebet.*

Septima, quae continetur solo codice B 17, *tit. VI, utramque titulorum V. et VIII. formam et in fine Legis additamentum quoddam exhibet.*

Octava, quam repraesentat B 18, *singulari tituli XIV. forma et capite post tit. XXXVI. addito insignis est.*

Nona denique, ex qua sunt B 19—37, *in titulis I,* §. 2. *II,* §. 2. *III. V. VI. VIII. novas formas praebet.*

Haec de 41 *codicibus classis B, ex quibus ut aliquem pro fundamento textus haberemus fieri non potuit, sed optima quaeque lectio ex omnibus codicibus eligenda videbatur. Ubi recensiones ipsa re inter se diversae in singulis codicibus occurrebant unamquamque in ipso textu imprimi feci. Indicem ex codicibus composui. Textum in titulos* 99 *divisi, quibus rubricas praemisi.*

§. 8. *De codicibus C.*

Sunt duo codices, qui epitomen continent:

C 1. *Codex Monacensis reg.* 2621. *(Aldersbac.* 91*) saec. XIII, de quo cfr. 'Archiv' VII, p.* 766. *et LL. III, p.* 9.

C 2. *Codex Monacensis reg.* 11029. *(olim Pataviensis) saec. XV, de quo cfr. LL. III, p.* 172 *n. a.*

III. DE EDITIONIBUS LEGUM ALAMANNORUM.

§. 9. *De prioribus editionibus.*

Ex ipsis fontibus octo legum Alamannorum editiones a saeculo XVI. usque ad nostros dies hauserunt. De quibus, cum iam J. Merkel (LL. III, p. 27—33*) amplius disseruerit, breviter exponere nobis liceat. Ediderunt legem:*

1. *Joannes Sichard, Leges Riboariorum Baioariorumque quas vocant a Theoderico rege Francorum latae. Item Alemannorum leges a Lothario rege latae. Nunc primum vetustatis ergo recusae. Basileae* 1530. 8°. *Codicem nunc deperditum B* 34 *Sichard pro fundamento habuit. Neque tamen totam Legem, sed solummodo fragmenta inordinata ac interdum ad suum arbitrium mutata praebuit. Utrum solo codice B* 34 *an aliis quoque codicibus, praesertim B* 15, *Sichard usus sit, in dubio est.*

2. *Joannes Tilius. Hic ante a.* 1557. *inter alias leges Barbarorum etiam Legem Alamannorum edidit, quae post mortem eius (a.* 1570*) sub hoc titulo comprehensae sunt: Aurei venerandaeque antiquitatis libelli Salicam legem continentes, a Clodoveo, Childeberto et Clotario christianissimis regibus prius editi et postremum a Carolo M. emendati et aucti; item leges Burgundionum, Almannorum, Saxonum, Baiuvariorum, Ripuariorum ex veteribus libris emendatiores et auctiores. Parisiis ex officina Jacobi du Puys* 1573. *Tilius codicem B* 16 *secutus Legem* 99 *titulis digessit.*

3. *Basilius Johannes Herold, Originum ac Germanicarum antiquitatum libri, leges videlicet Salicae, Ripuariae, Allemannorum, Boiariorum, Saxonum etc. nunc Wolv-*

gangi abb. princ. Fuldensis benignitate ex superba illa celeberrimi collegii bibl. in lucem prolati opera Basilii Joh. Herold ac collatione exemplariorum, quae vetustissimis nec non ante septingentos annos depictis characteribus expressa erant, descripti, emendati atque in lucem editi, Basileae 1557. *fol. Editor, qui* 14 *vel amplius codicibus se usum esse in praefatione monet, plures codices Fuldenses nostrarum legum ante oculos habuisse videtur. Sed cum iam non discerni possit, unde singulae partes textus ab eo in* 107 *titulos divisi depromptae sint, codex autem, quem pro fundamento habuit, nunc deperditus ab aliis eiusdem ordinis valde abhorruisse videatur, editionem Heroldi pro uno codice (B* 15*) numeravimus.*

4. *Melchior Haiminsfeld Goldast, Alamannicarum rerum scriptores, Francofurti* 1606. 1661. 1730. *Codicem B* 12 *secutus Goldast* 98 *titulos distinxit. Titulos autem VI. et VIII. textus B Legi quasi additamenta subiunxit.*

5. *Frid. Lindenbrog, Codex legum antiquarum, in quo continentur leges Wisigothorum, edictum Theodorici regis, lex Burgundionum, lex Salica, lex Alamannorum, lex Baiuvariorum etc. nunc primum editae ex bibliotheca Frid. Lindenbrogi I. C., Francofurti* 1613. *fol. Lindenbrog variis codicibus usus, praecipue A* 11. *B* 1. 6. 11. 35 *nec non ignotis quibusdam codicibus, quos literis B* 36 *signavimus, sicut Tilius* 99 *capita discrevit.*

6. *Stephanus Baluzius, Capitularia regum Francorum (Parisiis* 1677*) I, p.* 53—90, *non solum Tilii, Heroldi, Lindenbrogii editionibus usus est, sed etiam codices illis ignotos adhibuit, scilicet A* 12. *B* 5. 25. 26. *Ordinem Lindenbrogii secutus* 99 *titulos distinxit, quibus tit. CVI, §.* 2. *CVII. Heroldi sub rubrica: 'Item alia capitula' addidit. Maioris autem momenti est, quod Baluzius primus tria Pacti nostri fragmenta ex codice A* 12 *in lucem protulit.*

7. *Joannes Schilter, 'Das alte Alemannische Landrecht aus einem bewährten Ms. verbessert zum ersten herausgegeben' in libro, qui inscribitur: 'Die älteste Teutsche sowol allgemeine als insonderheit Elsassische und Strassburgische Chronike von Jacob von Königshoven'* (1698) *p.* 622—699. *Schilter codice B* 30 *usus titulis* 99 *textum comprehendit.*

8. *Johannes Merkel, in antiquiore huius operis serie LL. III* (1863), *p.* 1—182. *(Recensionis opere iam a.* 1849. *absoluto, primus tomi III. fasciculus leges Alamannorum continens a.* 1851. *editus est). J. Merkel omnes editionis nostrae codices exceptis quatuor (B* 1*a.* 1*b.* 37. 38*) adhibuit. In textu distinxit inter Pactum et Legem. Pacti tria (re vera quatuor) fragmenta ex codice A* 12 *transsumpta a Lege separavit (p.* 34—40*). Legis tres redactiones distinxit, Legem Hlotharii, Legem Lantfridanam, Legem Karolinam. Legem Hlotharii construxit ex codd. A* 8—10. 12, *Legem Lantfridanam ex codd. A* 1—7. 11[1], *Legem Karolinam ex omnibus reliquis codicibus, quos ante oculos habuit*[1]. *Legem Hlotharii digessit in tres libros, primum (tit. I—LXXV), secundum (tit. LXXVI—XCVII), Additamenta sive librum tertium (tit. XCVIII—CIV), ita ut tota Lex Hlotharii* 104 *titulos complecteretur. In Lege Lantfridana* 98, *in Karolina* 99 *titulos distinxit. Pro fundamento habuit Legis Hlotharii codicem A* 8, *Legis Lantfridanae codicem A* 1, *Karolinae modo hunc modo illum codicem. Singulis codicibus accuratissime recognitis, J. Merkel varias lectiones minutiose notavit, et leges praefatione et commentariis illustrare interpretarique quam maxime studuit.*

Reliquae editiones non ex antiquis codicibus manuscriptis, sed ex libris impressis hauserunt. Memoratu dignae sunt hae:

1. *Corpus iuris Germanici antiqui, quo continentur leges Francorum Salicae et Ripuariorum, Alamannorum, Baiuvariorum etc. Opus post cl. vv. Heroldi, Lindenbrogii,*

1) *Codices A* 4—7. 11. *B* 8. 15 *J. Merkel modo ad Legem Lantfridanam, modo ad Legem Karolinam adhibuit (LL. III, p.* 25—27*).*

Baluzii, Eccardi, Muratorii, aliorumque praestantissimos labores diligentius recognitum, variantibus lectionibus . . . instructum, consilio Jo. Gottl. Heineccii IC. adornavit Petrus Georgisch, Halae 1738.

2. *Capitularia regum Francorum. Nova editio auctior . . . ad fidem autographi Baluzii, qui de novo textum purgavit, notasque . . . adiecit: accessere vita Baluzii partim ab ipso scripta etc. . . . curante Petro de Chiniac (Parisiis* 1780*) I, p.* 53—90*; II, p.* 1000 *sqq.*

3. *Paulus Canciani, Barbarorum leges antiquae cum notis et glossariis (Venetiis* 1782—1792*) II, p.* 321 *sqq.*

4. *Ferd. Walter, Corpus iuris Germanici antiqui (Berolini* 1824*) I, p.* 194 *sqq.*

§. 10. *De hac editione.*

Priorem editionem secuti distinximus inter Pactum et Legem.

In ipsa Lege et quinto Pacti fragmento edendis duos textus condendos duximus, antiquiorem A e codicibus A, recentiorem et emendatum B e codicibus B.

Textui A pro fundamento posuimus codices A 1. 8. 12*, textui B modo hunc modo illum codicem, qui in quovis loco optimam lectionem habere videbatur.*

Pacti quinque fragmenta protulimus, quorum quatuor priora solus codex A 12*, quintum omnes fere reliqui codices praebent. Quintum fragmentum, cum in omnibus fere codicibus Legis textui quasi ultima pars subiecta sit, ad calcem repetivimus, ut, quae sit forma Legis in codicibus tradita, facilius intelligatur.*

Legis textum A in 98*, B in* 99 *titulos divisimus, ita ut Lex ipsa in textu A usque ad tit. XCI, in textu B usque ad tit. XCIV pertineat, reliqui tituli ad quintum Pacti fragmentum referendi sint*[1]*. Textui indicem et classis A et classis B praemisimus.*

Omnibus titulis textus B, paucissimis textus A rubricas praefiximus, cum optimi codices A, exceptis nonnullis locis, rubricis in textu careant.

Post Legem epitomen Legis Alamannorum e codicibus C edidimus.

Discrepantes singulorum codicum lectiones sub textu notavimus, in textu A omnes fere, in textu B eas tantum, quae cuiusdam momenti sunt. Maiores discrepantias asteriscis, minores literis (a, b etc.) signavimus. Nonnullis in locis sententiam legis breviter sub textu explicare studuimus. Addidimus indices rerum et verborum.

Restat, ut omnibus viris, qui opus hoc nostrum consilio et re tuebantur, gratias agamus maximas, praesertim praefectis publicarum bibliothecarum, scilicet Parisiensis, Sangallensis, Monacensis, Vindobonensis, Gothanae, Guelferbytanae, Hamburgensis, Lugdunensis, civitatis Trevirorum, necnon illustrissimo comiti de Solms-Baruth, qui omnes codices insignes et pretiosos summa liberalitate huc transmittendos curaverunt.

Berolini, mense Maio 1887. *K. LEHMANN.*

1) *Praeter tit. XCVIII. textus A, quem a scriptore quodam additum esse, G. Waitz recte monuit; v. 'Nachr. der Gött. Gesellsch.'* 1869*, nr.* 14.

ORDO CODICUM PRIORIS EDITIONIS CUM NOSTRO COLLATUS.

Editionis prioris (Merkel).		*Editionis nostrae.*
A	=	*A* 12
B 1	=	*A* 8
B 2	=	*A* 9
B 3	=	*A* 10
C 1	=	*A* 1
C 2	=	*A* 2
C 3	=	*B* 15
C 4	=	*A* 3
D 1	=	*A* 4
D 2	=	*A* 6
D 3	=	*A* 7
D 4	=	*B* 8
D 5	=	*A* 11
D 6	=	*A* 5
E 1	=	*B* 1
E 2	=	*B* 2
E 3	=	*B* 3
F 1	=	*B* 4
F 2	=	*B* 9
F 3	=	*B* 12
F 4	=	*B* 17
F 5	=	*B* 5
F 6	=	*B* 6
F 7	=	*B* 10
F 8	=	*B* 7
G 1	=	*B* 13
G 2	=	*B* 14
G 3	=	*B* 19
G 4	=	*B* 16
G 5	=	*B* 11
H	=	*B* 18
I 1–16	=	*B* 20—35
K 1. 2	=	*C* 1. 2
Lindenbrogii codices ignoti	=	*B* 36

Accedunt codices B 1*a*. 1*b*. 37. 38.

PACTUS ALAMANNORUM.

FRAGMENTUM I.

INCIPIT* PACTUS LEX ALAMANNORUM. ET SIC CONVENIT: *f.* 154'.

1. Si[1] quis alteri[a] caput frigerit, sic[b] ut cervella pareat, solvat solidos 12. Et si inter se de hoc intencione habeat, ut non sit sic granda plaga, ut medicum ille querat[c] or . . medicus fuerit, in ferramenta sua praeviat[d] sacramentum aut tres[2] testes invenian[e] . . . . dicant.

2. Si enim vero nec testes . . . . . nec medicus iurat, solvat [solidos[f]] 6 aut cum 6 medicus[g] electus[3] iuret, quod ei amplius non redebet[4].

3. Si[5] quis alteri caput frangit, sic[b] ut ossus de capite ipsius tollatur et super via in scuto sonet, solvat solidos 6 aut cum 6 medicus electus iuret.

4. Si[6] talis colpus fuerit, ut [de[h] ca]pite ossus radatur et frangit, solvat sol . . . . . aut cum 3 medicus electus iuret.

5. Si quis ingenuus ingen . . . .

FRAGMENTUM II.

1. Et[7] si quis alteri oculum ruperit, et ille popillus intus restitit, solvat solidos 20. *f.* 133.

2. Si[8] oculus ille foras exierit, solidos 40 aut cum 12 medicus electus iuret.

3. Et[9] qui auriculam simaverit, solvat solidos 20.

4. Si[10] totum excusserit, aut si placaverit, ut *audire non possit, solvat solidos 40 *f.* 133'. aut cum 12 iuret.

5. Si[11] quis brahium[a] super cubito transpuncxerit, solvat solidos 6.

I. *Cod. A* 12. a) alte . . *c.* b) sicut *c.* c) *ita c.; fortasse legendum:* querator si. d) *i. e.* praebeat. e) *ita c.; fortasse legendum:* inveniantur qui. f) *ita Merk.; nunc in c. legi nequit.* g) *i. e.* medius, *et ita infra.* h) de capite *Merk.; nunc nihil nisi* pite *legi potest.*

II. *Cod. A* 12. a) *i. e.* brachium.

*) *Praecedunt in codice A* 12 *verba:* UBI FUERUNT XXXIII DUCES ET XXXIII EPISCOPI ET XLV COMITES.

1) *Cfr. Lex LVII,* 6. 7. 2) *Trium testium numerus Legi Salicae proprius est. Cfr. J. J. Thonissen, 'L'organisation iudiciaire . . . de la Loi Salique' (*1882*) p.* 503. 504. 3) *De iuratoribus mediis electis cfr. G. Waitz, 'Das alte Recht der salischen Franken' (*1846*) p.* 172. 4) *Redebere = debere. Cfr. LL. Form. p.* 771. 5) *Cfr. Lex LVII,* 4. 6) *Cfr. Lex LVII,* 3. 7) *Cfr. Lex LVII,* 13. 8) *Cfr. Lex LVII,* 14. 9) *Cfr. Lex LVII,* 8. 10) *Cfr. Lex LVII,* 9. 11) *Cfr. Lex LVII,* 31.

f. 133'. 6. Si[1] subtus cubitum fuerit, solidos 3 solvat.

7. Simili[2] modo, si coxa transpuncta fuerit, solvat solidos 6.

8. Si[3] subtus ienuculum fuerit, solvat solidos 3.

9. Si non fuerit transpuncta et nervora[a] tetigerit, ut ibi wasilus[4] intrat, solvat solidos 3.

10. Si[5] in brachium sive in coxa super genuculum aut super cubito, unam compositionem.

11. Si[6] quis in revo[7] placatus fuerit in pectus aut in latus, solvat solidos 12 aut cum 12 medicos electos iuret. Si transpunctus fuerit, solvat solidos 24 aut cum 12 iuret.

12. Si[8] quis in latus alium transpuncxerit, sic ut in revo placatus non sit, solvat solidos 6 aut cum sex medicos electos iuret.

13. Si[9] quis alteri brachium super cubitum aut coxa super ienuculum cum spata aut cum fuste frigerit et non mancat, solvat solidos 6; et si subtus cubitum aut subtus ienuculum fuerit et non mancaverit, solvat solidos 3.

14. Si nervora tangit et wasilus intrat, solvat solidos 3.

15. Si[10] quis alterum brachium mancat, solvat solidos 20; et si ipsum pertruncat, solvat solidos 40 aut cum 12 iuret.

16. Si[11] quis digitum police alteri truncaverit, solvat solidos 12.

17. Si[12] mancat aut in primo noto truncatus fuerit, solvat solidos 6.

18. Si[13] secundum digito truncatus fuerit, solidos 10 solvat. Si mancat, solvat solidos 5.

19. Si[14] prima iunctura truncata fuerit, solvat solidos 3.

20. Si[15] tercius digitus truncatus fuerit, solvat solidos 3. Si mancat, solvat solidos 3.

21. Si[16] quartus digitus truncatus fuerit, solvat solidos 5.

22. Si[16] in primo noto truncatus fuerit, solvat solidos 3.

23. Si[17] minimus digitus truncatus fuerit, solvat solidos 10. Si mancaverit, solvat solidos 5.

f. 151. 24. Et[18] si manus transpuncta fuerit, solvat solidos 6; et si manus tota excussa fuerit, solvat solidos 40 aut cum 12 medicus electus iuret.

25. Si[19] quis alteri pedem truncaverit, solvat solidos 40; et si mancat, solvat solidos 20. Et si foris villam ambulare potuerit et in campo suo cum stelzia[20] ambulare poterit, solvat solidos 25 aut cum 22[b] medicus electus iuret.

26. Si[21] quis alteri articulum policem truncaverit, solvat solidos 6. Si prima iunctura truncatus fuerit, solvat solidos 3.

27. Si leto contigerit, solvat solidos 4.

28. Si servo, solvat solidos 3.

29. Si[22] alius articulus truncatus fuerit, solvat solidos 3.

30. Si[23] quis mulier gravata fuerit, et per facto alterius infans mortuos[c] natus fuerit, aut si vivus natus fuerit et novem noctis non vivit[24], cui reputatum fuerit, 40 solidos componat.

II. a) necvora *c.* b) *ita c.; legendum est:* 12. c) *corr.* mortuus *c. et ita infra cap.* 35.

1) *Cfr. Lex LVII,* 32. 2) *Cfr. Lex LVII,* 59. 3) *Cfr. Lex LVII,* 62. 4) *Humor.* 5) *Cfr. Lex LVII,* 31. 36. 59. 6) *Cfr. LVII,* 54. 55. 7) *Germ. 'hreo' = cadaver, funus, 'Todeswunde'.* 8) *Cfr. Lex LVII,* 53. 9) *Cfr. Lex LVII,* 35. 36. 10) *Cfr. Lex LVII,* 38. 11) *Cfr. Lex LVII,* 42. 12) *Cfr. Lex LVII,* 41. 13) *Cfr. Lex LVII,* 43. 44. 14) *Cfr. Lex LVII,* 43. 15) *Cfr. Lex LVII,* 45—47. 16) *Cfr. Lex LVII,* 48—50. 17) *Cfr. Lex LVII,* 51. 18) *Cfr. Lex LVII,* 33. 34. 19) *Cfr. Lex LVII,* 65. 61. 20) *'Stelze', gralla.* 21) *Cfr. Lex LVII,* 63. 22) *Cfr. Lex LVII,* 64. 23) = *Lex LXX.* 24) *Cfr. de termino* 9 *noctium* K. Maurer, *'Über die Wasserweihe des germ. Heidenthums, Abh. der bayr. Akad. XV,* 3. *Abth.'* 1880; *H. Brunner, 'D. RG.' I, p.* 76.

31. Si[1] femina aliam stria aut erbaria clamaverit sine rixam, sine[a] absente hoc dixit, solvat solidos 12. *f.* 151.

32. Si[2] femina barone extra rixa subdulo clamaverit, solvat solidos 12, aut cum 12 medicus electus iuret maritus ipsius.

33. Si[3] quis alterius ingenuam de crimina seu stria aut herbaria sisit et eam priserit et ipsam in clinata[b. 4] miserit, et ipsam cum 12 medicus electus aut cum spata tracta quilibet de parentes adunaverit[c], 800[d] solidos componat.

34. Si ancilla fuerit, 15 solidos componatur.

35. Si in clinata[c. 4] misa non fuerit et prisa et temptata fuerit, 40 solidos componat. Et si in clita[c. 4] misa non fuerit, sex solidos solvat. Et si ipsam vir contrasteterit culpabilem et ille, propter quem ei reputator, mortuos fuerit, ille, qui feminam contrasteterit, wiregildum cum[f] desolvat.

36. Si[5] baro fuerit de minoflidis, solvat solidos 170[g].

37. Si[6] medianus Alamannus fuerit, 200 solidos componat.

38. Si primus Alamannus fuerit, 240 solidos componat aut[7] cum 24 medicus electus aut cum 40, qualis invenire poterit, iuret. *f. 151'.

39. Si femina minoflidus fuerit, solvat solidos 320. Si mediana fuerit, solvat solidos 400.

40. Si prima Alamanna[8] fuerit, solvat solidos 480.

41. Si[9] quis mortuatus[10] fuerit baro aut femina, qui qualis fuerit, secundum legitimum wiregildum suum in novegildum solvatur, aut 24 totus electus aut cum octoaginta, qualis invenire poterit, iuret.

42. Si quis superius mortuum suum de alienas res, qua valuerit solidos, in terra miserit, solvat solidos 40. Et si tremissis aut duos valuerit, solvat solidos 12 aut cum 12 medicus electus iuret.

43. Et[11] cuicumque mortuo, tam occiso quam qui sua morte morit, aliquid tollatur aut involatur, de fossa, ubi reponatur, exfoditur et expoliatus fuit, quod ibi tullit, reddat et 80 solidos solvat.

44. Si quis ingenuus ingenuum interficiet et ei aliquid de res suas sangulentas tullerit aut[h] hoc auferit[i] ad parentes, nihil est ad requirendum. Si enim vero non offerit, 40 solidos solvat[11].

45. Si litus fuerit in ecclesia aut[k] in heris[12] generationis dimissus fuerit, 13 solidos et tremisso componat.

46. Si servo fuerit facto, 12 solidos componat[11].

47. Si ingenua Alamanna factum fuerit, 80 solidos componat aut cum 12 iuret[11].

48. Si leta[l] fuerit, 26 solidos et duos tremissus componat.

49. Si ancilla fuerit, 12 solidos componat aut cum 12 medicus electus iuret[11].

50. De wegalaugem[13] 6 solidos solvat[14].

51. Si letus[m] fuerit, solvat solidos 4.

II. a) *fortasse legendum est:* sive *(Merkel).* b) inclinata *c.* c) *i. e.* idoneaverit. d) *fortasse legendum est:* 80. e) inclinata, inclita *c.* f) *fortasse addendum:* ea (*scilic.* stria). *Aliter Merkel:* cum DC. g) *lege:* 160. h) *i. e.* et. i) *i. e.* offerit. k) ut *c.* l) *corr.* lita *c.* m) *corr.* litus *c.*

1) *Cfr. Lex Salica (ed. Behrend) LXIV,* 2. 2) *Cfr. Lex Salica XXX,* 4. 3) *Cfr. W. E. Wilda, 'Strafrecht der Germanen' p.* 965. 4) *I. e. clida, 'Hürde'; hoc loco procul dubio tormenti genus.* 5) *Cfr. Lex LX,* 1. 6) *Cfr. Lex LX,* 3. 7) *Cfr. Lex LXIX.* 8) *De minoflidis, medianis, primis vide, quae disserit G. Waitz, 'D. VG.' II,* 1, *p.* 264. 265; *H. Brunner, 'D. RG.' I, p.* 248. 249; *R. Schroeder, 'D. RG.' p.* 210. 211. 9) = *Lex LXIX.* 10) *I. e. 'ermordet', clam occisus.* 11) *Cfr. Lex XLIX; v. W. E. Wilda l. c. p.* 973 *sqq.* 12) *I. e. ante exercitum secundum familias ordinatum. Cfr. H. Brunner, 'D. RG.' I, p.* 85; *R. Schroeder, 'D. RG.' p.* 16. 13) *'Weglagerei', insidiatio, viae contradictio.* 14) *Cfr. Lex LVIII.*

f. 151'. 52. Si servus fuerit, solidos 3.

53. Si ingenua Alamanna hoc alter[a] ficerit, 12 solidos componat[1]. Si leta fuerit, 8 solidos componat. Si ancilla fuerit, 4 solidos solvat aut qui eas discapellaverit.

FRAGMENTUM III.

f. 153. 1. Si[a] mulier maritum datu sine procreatione aliqua mortua fuerit, et omnes res eius ad parentes reddantur, quicquid per legem obtingat.

2. Et si maritum supervixerit, tota lectuaria ei concedantur. Si voluntaria se partire volunt, tollant, quod eam per lege obtinget. Lectaria parciant aequale.

3. Si[2] maritus uxorem suam dimittet, 40 solidos ipse componat et de mondo[b] suo non habeat potestatem et omnia ei reddat, quod ei per lege obtingit. Si reportat aliquid, potestatem habeat femina ipsa habet[c] solidos 12 solvat.

4. De una rem a nastula[3] sua iure, quod super fuerit, maritus iuret aut reddat[4].

5. Si[5] quis altero per mano aut per drappo[6] iratus priserit, solidos 6 solvat.

6. Si pignus alterius occidit, 6 solidos solvat. Si porcus aut berbicis fuerit, 3 solidos solvat.

7. Si alius altero pro altero pignorat aut forore tollit, si domitum armento retullit, tremisse componat. Si indomitus fuerit, duas sagias[7] conponatur.

8. Si aequus fuerit, solidum 1.

9. Si veltos fuerit, dimedium solidum.

10. Si iumentus fuerit, tremisse.

11. Si expoliatus fuerit, similiter componat.

12. Si[8] quis alterum ligat et foris marcha[9] eum vindit, ipsum ad locum revocet et 40 solidos componat. Si eum invenire non potuerit, wiregildum suum solvat.

13. Si[10] cuiuslibet messarius de grege tuletur[d] . . . et castratus fuerit, quantas aequas sunt, tantos solidos solvat.

14. Si[11] accipiter, qui augam mordit, solidos 3 solvat. Si[11] grugem[e] mordit, 6 solidos solvat.

15. Si[12] verrus verrem occidit, ipso pro eo reddatur, aut 3 solidos solvat.

16. Si[13] canis alterius hominem occiderit, medium wiregildum solvat; et si totum wiregildum queret, omnes hostias[f] suas reserret[g], per unum intret semper et exiet, et
*f. 153'. de illo limitario nove pedes canes ipsius pendatur et, dum usque totus putriscet *et ibi putridus cadet et ossa ipsius ibi iacent, per alium ustium nec intret nec exiat; et si canem ipsum inde iactaverit aut per alium ustium[h] intrat in casa sua, wiregildum ipsum ei reddat.

17. Si[14] caballus boves aut porcus hominem occiderit, totum wiregildum solvatur. Si servus fuerit aut quemvis pecus, medium precium solvatur.

18. Si[15] cuiuscumque caballus super sepe aliena sallierit et palo transpuncta[i] fuerit, cuius sepis fuit medio precio solvat.

II. a) alt. *c.*

III. *Cod. A* 12. a) S *membrana abscisa deest in c.* b) *i. e.* mundio. c) *eadem manu corr.* debet *c.*; *corruptum videtur; fortasse ponendum est* maritus. d) *interest vacuum spatium, cui 5 litterae inseri possent.* e) *i. e.* gruem. f) *i. e.* ostia. g) *i. e.* reseret (*pro* serentur); referret *c.* h) *i. e.* ostium. i) *corr.* transpunctus *c.*

1) *Cfr. Lex LVIII. LIX*, 2. 2) *Cfr. Lex LII.* 3) *'Nestel', fibula.* 4) *Aliter Lex LIV*, 3. 5) *Cfr. Lex LVIII.* 6) *Drappus = vestis, 'Gewand'.* 7) *De saigis cfr. A. Soetbeer, 'Beiträge zur Geschichte des Geld- und Münzwesens in Deutschland' in 'Forschungen z. D. Gesch.' II*, 325—330. 8) *Cfr. Lex XLV.* 9) *'Mark', fines.* 10) *Cfr. Lex LXI.* 11) = *Fragm. V*, 9. 12) = *Fragm. V*, 10. 13) = *Fragm. V*, 11. 14) = *Fragm. V*, 12. 15) = *Fragm. V*, 13.

19. Si[1] quis sepe aliena capolat, 3 solidos solvat. *f.* 153'.

20. Si[2] quis mortuum in terra aliena posuerit, 12 solidos solvat aut cum 12 iuret, ut pro[a] hoc malum non fecisset. Si quis ingenuum aut ingenuam ex[b] promissum[b], cuius fuit, in terra miserit, 40 solidos sit culpabilis. Si servus fuerit, 12 solidos sit culpabilis.

21. Si[3] quis alterius infans minofledis fuerit, 3 solidos componat. Si medianus fuerit, 6 solidos componat. Si meliorissimus fuerit, 12 solidos componat.

22. Si[4] quis alium de caballo iactat, solvat solidos 6.

23. Si[5] quis alterius[c] puellam impia[d] fuerit, 40 solidos solvat et ipsa reddat.

24. Si[6] quis alterius puellam de genicio deviolaverit, solvat solidos 6. Et qui in eius solacium ambulat, qui super eam manum mittit, solvat solidos 3; qui eam non tangit, solvat solidos 2.

25. Si quis de grege aliena iumentum tollit et domat eum, alium simile eum reddat. Si occisa fuerit, 3 solidos solvat[7]. Si mediana aequa fuerit, 6 solidos componat. Si meliorissima fuerit, 12 solidos componat.

26. Si taurus fuerit, 6 solidos componat. Si involatus fuerit, 6 solidos componat et quantum valuit octogildum componat.

27. Si[8] faver[e] ferrarius occisus fuerit, 40 solidos componat.

28. Si[8] aurifex fuerit, 50 solidos componat.

29. Si quis de ipsos smancatus[f]. . . . .

FRAGMENTUM IV.

1. . . . . rit 15 solidos componat. *f.* 152.

2. Si quis messem alienam inquoat[a], . . . solidos componat aut cum 12 iuret, ut pro malo hoc non fecisset; de[b] iniciata messe priserit, 3 solidos solvat.

FRAGMENTUM V.

E codd. A:

1. Si quis femina[a] ingenua colpo[b] percusserit, sic[c] ut sanguis non exiat[d], solvat

E codd. B:

1. Si quis feminam ingenuam[a] colopo[b] percusserit, sic ut sanguis non exeat, sol-

III. a) . p. . *c.* b) *lege:* extraneam absque permissum. c) alterus *c.* d) *pro* i. f. *legendum est:* emptam priserit. e) *i. e.* faber. f) *i. e.* mancatus.

IV. *Cod. A* 12. *(Hoc fragmentum cum antecedenti cohaerere videtur).* a) *i. e.* inchoat. b) *lege:* si de.

V. *In cod. A* 12 *desunt* §§. 1—8, *ex quo codice reliquas* 9—17. *iam supra fragm.* IV, 14—21. 23. *edidimus. In codicibus A* 1—10 *hoc totum fragmentum Pacti Legi subiectum est, titulorum Legis numeris continuatis. De codice A* 11 *cfr. supra p.* 12. *Ad calcem huius fragmenti tabulam posuimus, qua demonstretur, sub quorum titulorum numeris singulae huius fragmenti paragraphi in quoque codice inveniantur.*

V, 1. *Codd. A* 1—10. *In codice* 3 *hoc caput ultimum est.* a) feminam ingenuam 2. 3. 5. 6. 7. b) colapho 3; culpo 6. 7; culopo 9. c) *deest* 2. d) exeant 5.

V, 1. *Codd. B* 1. 1*b*. 2—21. 24—32. 37. a) *deest* 9. b) *corr.* colapho 4; colapho 30; colopho 31; colobo 9; colpo 2. 11. 13. 14. 19. 20. 27. 32; collo 1. 24.

1) = *Fragm. V,* 14. 2) = *Fragm. V,* 15. 3) = *Fragm. V,* 16. 4) *Cfr. Lex LIX. LVIII.* 5) = *Fragm. V,* 17. 6) *Cfr. Lex LXXV,* 2. 7) *Cfr. Lex LXVIII,* 1. 8) *Cfr. Lex LXXIV,* 5.

E codd. A:

solidos 2. Si[a] lisa[b] fuerit[c], solido uno et tremisse*. Si ancilla fuerit, solvat[d] solido uno**. Si baro[e] fuerit, similiter[1]. Si servus fuerit[f], medio solido.

2. Si quis medulla[a. 2] rumpit[b] aut involat, solvat solidos 3[c]. Si[d] carruca[e] involat aut[f] rumpit[f] de[g] rotas[h] de*** davante[i], sic ut diem opera tricet[k. 3], solidos 3 conponat. Si de[l] post[m] involat[n] aut rumpit, 6 solidos conponat[o]. Si[p] erpices[q. 4] fuerit, 3[r] solidos conponat.

3. Si quis buricas[a. 5] in silva tam[b] porcus[c] quam[d] pecora[e] inciderit[f], 22† solidos conponat. Et si intus[g] per furore[h] intrat[i]

*) sol. III 5. 6. 7. 8. **) V solidos 3. ***) primarias *pro* de davante 8. †) XII 1. 3.

V, 1. a) et si 6. 7. b) lesa 2. 5. 6. 7. 9; lida 3; lita 10. c) solvat *add.* 3. 5. 6. 7. 9; solvat aut *add.* 4. d) *deest* 2. 8. e) barus 6; burus 3. f) *deest* 10.

V, 2. *Codd. A* 1. 2. 4—10. *Deest cod.* 3. a) medullam 5; medulam 8; medul 9; metullam 6. 7; medella 10. b) rumpet 4; corumpia 9. c) III solidos conponat 4. 6. 8. d) quis *add.* 4. 8. e) caruca 2; carrucam 6. 7; carruga 1; carugam 4; rumpit vel *add.* 10. f) *desunt* 4. 10. g) *deest* 4. 8. h) rodas 1. 10; rotis 6. 7. i) ante 6. 7. k) operatrice 10; operatricit 4. 8. 9; operari 5. l) *deest* 8. m) posteriores 8; pi 9; postea 4; p̄. 5. n) imbolati 4. o) *deest* 9. p) Si — conponat *des.* 1. q) herpices 5. 7. 9; berbicis 4. r) VI 5.

V, 3. *Codd. A* 1—10. a) puricas 4; purias 8. b) *deest* 3. c) porcos 2. 9; porcorum 3. 6. 7. d) que 3. e) pecorum 6. 7. f) incederit 5. 9. 10; incenderit 2. 3. 6. 7. 8. g) intentus 6. h) forare 8. 9; furare 4; furorem 3. 5. 6. 7. i) intraverit 3.

E codd. B:

vat[a] solidos 2. Si[b] lida[c] fuerit, solvat[d] solidum unum et tremissem*. Si ancilla fuerit[e], solvat[f] solidum[g] unum. Si barus[h] fuerit, similiter[i]. Si servus fuerit[k], medium solidum[l].

2. Si quis medelam[a. **] rumpit aut involat, solvat[b] solidos 3[c]. Si carrucam[d] involat aut rumpit rotas[e] in[f] priori parte, ut[g] die illa[h] opera[i] tricet, solidos 3 conponat. Si[k] de post[l] involat aut rumpit, 6[m] solidos conponat. Si herpices[n] fuerit[o], 3 solidos conponat.

3. Si quis buricas[a] in silva tam[b] porcorum quam pecorum incenderit, 22*** solidos conponat. Et si intus per furorem†

*) solidos III 8. 9. 13. 14. 19. 30; Si barvus (parvus 14) fuerit similiter *hoc loco* 13. 14. **) *Glossa:* l. lancwit 30. ***) III 18; XII 28. †) foramen 1; non *add.* 4. 11. 20. 21. 32.

V, 1. a) conponat 30. b) alibi *add.* 30. c) leda 4; lesa 9. 13. 14. 28. 31; lisa 8. 29. 30; lise 19; libera 18. d) *deest* 2. e) *deest* 20; ita *add.* 10. f) *deest* 20. 31. 32. g) s. u. *desunt* 10; similiter 32; et tremissam *add.* 9. 13. 14. h) baro 8. 16. 19. i) Si b. f. s. *hoc loco desunt* 13. 14; Similiter si s. fuerit *desunt* 4. k) *deest* 9. 13. 14. 18. 20. l) *deest* 1; conponat *add.* 2. 8. 9. 13. 14. 29; solvat *add.* 1. 18; conponatur *add.* 30; medietatem solidi 19.

V, 2. *Codd. B* 1. 1*b*. 2—21. 24. 27—32. 37. a) medela 20; medellam 2. 9. 32; medullam 1. 8. 30. 36; medula 19. b) conponat 1. c) II 9. d) carucam 8; caruga 3; carrum 20. e) de rotis 24; de rotas 19. f) de clavante 13; de davante 14. 19; de rotis de davante *add.* 9. g) sic ut 1. 2. 10. 13. 16. 17. 19. h) illo die *add.* 16. 19. i) o. triecetur 15; o. trahet 27. k) Res si 10. l) priore 7; duobus 19. m) III 16; VI sol. c. *des.* 18. n) erpica 31; herpars 36. o) fugerit *corr.* fugaverit 9; furaverit 13. 14; involat 19; *deest* 30.

V, 3. *Codd. B* 1. 1*b*. 2—21. 24. 27—32. 37. a) burigas 1; bureas 4. 20. 21. 32; burcicas 31; porcus 19; *deest* 18. b) tanquam porcorum 10, *ubi* quam pecorum *des.*; tam pecorum quam et porcorum 20. 21; tam porcorum quam *des.* 7. 17.

1) *Cfr. Lex LVII,* 1. *De barone minofledo agitur.* 2) *I. e. lignum, ut videtur. Incertum est, quod instrumentum vox significet.* 3) *I. e. impediat; Ducange v. tricare.* 4) *Erpix, herpix = irpex, 'Egge'; Ducange v. herpix.* 5) *I. e., ut videtur, clausura, habitatio, stabulum. Cfr. W. Grimm ap. Merkel: purias = 'bûr, Bauer'. Aliter Graff III,* 178.

E codd. A:

et de suo nihil invenit, 6 solidos conponat[a]. Et si in curte[b] aliena ingressus fuerit[c], simili[d] modo[1]. Si intus in scura[e], 12 solidos conponat[1]. Nisi humicida[f] suus ei[g] in curte aut in casa fuerit et pro[h] ipso nullus[i] offerit drictum[k.2], si[l] sequenter[m] ipsum currit, hoc non est[n] ad requirendum[o.3].

4. Si quis gregem de[a] porcus[b] aut de iumenta[c] aut de vacaricia[d] vel[e] de vervices[f] in pignus tulerit, 40 solidos sit culpabilis[g.4].

5. Si porcarius legatus[a] de[b] via ostatus[c] vel battutus[d] fuerit, sic ut duo[e] tenent[f] et tertius percutit[g], 9 solidos conponat[h]. Et de reliquo[i], quod ei fietur[k], sicut[l] reli-

E codd. B:

intrat et de suo[a] nihil invenit, 6 solidos conponat. Et si[b] in[c] curte aliena ingressus[d] fuerit, simili modo[e]. Si intus[f] in[g] scuria, 12 solidos conponat[h]. Nisi[i] homicida suus[k] ei[l] in curte aut in[m] casa fuerit[n] et[o] pro[p] ipso nullus offert[q] iustitiam[r], si[s] sequenter[t] ipsum[u] currit[v], hoc non[w] est ad[x] requirendum[y].

4. Si quis gregem de[a] porcis aut de iumentis aut de vaccis vel[b] de berbicibus[c] in pignus tulerit, 40 solidis sit culpabilis[d].

5. Si porcarius ligatus[a] de via hostatus[b] vel battutus[c] fuerit, sic[d] ut[e] duo[f] teneant et[g] tertius[h] percutiat, 9* solidos conponat[i]. Et de reliquo, quod ei[k] fecit[l],

*) VIII 1. 1*b*. 3. 6. 10. 12. 15. 18.

V, 3. a) conponatur 4. b) curtem alienam 4. 6. 7. c) *deest* 6. 7. d) similitudo *corr.* simili modo 7. e) *ita* 1. 2; scurta 4; scuriam 6. 7; curia 8; scuria *reliqui*. f) *ita* 1. 8; homicida *reliqui*. g) *deest* 6. 7. h) *deest* 4. i) *deest* 1. 2. k) directum 6. 7. 9; trictum 3; dericto 8. l) *deest* 4. m) sequentem 1; insequenter 4. n) hoc *add.* 10. o) quirendum 6; querendum 7.

V, 3. a) in ea 18. b) *deest* 4. c) de 3. d) intraverit 18. e) VI solidos *add.* 13. 14. f) *deest* 1*b*. g) *deest* 1; intus in *des.* 18. h) *deest* 18. i) excepto si 30. k) eius 18; suus *corr.* eius 13. 29. l) *deest* 13. 18. 19. 24. 30. m) *deest* 16. n) fugerit 16; fuit 31. o) *deest* 18; in 2. p) propter 19. q) auferet 8; aufert 19. r) drictum 4. 13. 19; et *add.* 20. s) nisi 32; sic 30. t) post 9; propter 18; sequitur 31. u) eum 11; adversarium aut (et 31) in curtem aut (vel 31) in domum 30. 31. v) cucurrerit 31; *deest* 30; et in curtem vel in domum *add.* 15. w) *deest* 9. x) *deest* 18. y) quirendum 4. 29. 30.

V, 4. *Codd. A* 1—10. a) porcorum aut iumentorum aut vaccarum vel berbicum 6. 7. b) porcos 2. 4; porcis 3. 5. c) iumentis 4. d) vaccas 2. 4. 5. 9. 10; a. d. v. *desunt* 8. e) aut 10. f) berbices 5. 9. 10; berbicis 3; birbicis 8. g) sol. conp̄ sit 7.

V, 4. *Codd. B* 1. 1*b*. 2—4. 6. 8—21. 24. 27—32. 36. 37. a) porcorum aut iumentorum aut vaccarum vel berbicum 9. 13. 14. b) et 18; aut 32. c) peccoribus 1; barbices 19. d) culpabilis iudicetur 15; conponat 9.

V, 5. *Codd. A* 1—10. a) ligatus 2. 3; ligatur 5—8; legatur 4. 9; fuerit *add.* 3. b) in 8. c) hostatus 2. 8. 9. 10; hostotus 5; ostentatus 4. d) baptutus 1. 9; batutus 5. 10; battudus 3. 4. 6. 7. e) dui 2; due 9; eum *add.* 8. f) tenunt 10; teneant 3. 6. 7. 8. g) percutat 8. 9. 10; percucitat 5; cum *add.* 3. h) solvat 10. i) reliquod fietur 9. k) fiet 6. 7. l) ad *add.* 8.

V, 5. *Codd. B* 1. 1*b*. 2—4. 6. 8—21. 24. 27—32. 36. 37. a) ligamus 2; legitimus 8. 9. 13. 14; negatur 19; vel *supra lineam add.* 29. b) hortatus 15; fustatus 18. c) batatus 3; battatus 9; baculatus 18. d) si 18. e) eum 18. f) dui 20. 21. 32; diu 11. g) *deest* 8. h) tres 1*b*. i) conponatur 15. k) eis 20. l) fiet 9.

1) *Inde derivatur Lex V. IX. X, cum compositio episcopi et presbyteri triplex sit.* 2) *I. e. iustitia, Gallice: 'droit'. Cfr. Zeumer in LL. Form. p.* 752, *v. directum. Vox hoc loco ad wadium referenda est.* 3) *Cfr. Lex XLIV,* 1. *De vi huius sententiae vide, quae H. Brunner, 'D. RG.' I, p.* 158 *sqq. exponit.* 4) *Aliter Lex LXVII.*

E codd. A:

quos[a] servos conponat[b] ei[c] in triplo[d.*.1]. De[e] quod[e] berbigario[f], stotario[g.2] et[h] vaccario[i] fiet[k], sicut reliquis servis[l] conponatur[m] eis[n] in duplum[o.3].

6. Si quis vesontum[a.4] bubalum[b], si[c] cervum[d], quod[e] brugit[f], furaverit aut[g] occiderit, 12 solidos conponat. Et[h] cervus ille treudis[i.5] non habet[k], medio[l] solido conponat[m]. Si treudis[n] habet et[o] cum[p] ipso nihil[q] sagittatum[r] est, solvat[s] solido uno. Si ruvius[t] feramis[u.6] cum ipso sagittatus[v] est[w], 3** solidos solvat[x]. Si[y]

*) duplo 4. **) VI 10.

V, 5. a) reliquis servis 4. 5. 9. 10; r. servus 1; reliquis conservis sic 8; de reliquis servis 6. 7. b) conponatur 6. 7. 8. c) eum 3; eis 4; *deest* 6. 7. d) conponat *seu* conponatur *add.* 2. 3. 9. 10; omnia *add.* 8. e) De que 1; De quo 2. 5; Si de 3; Si quid 6. 7. f) vervicaria 1; bergario 10; berbicario 5. 7. 8. 9; verbicario 6; vel de *add.* 3. g) staturio 1; stotari 4. 9; es statorio 5. h) *deest* 6; atque de 3. i) vachario 1; faccari 9; de illos *add.* 3. k) fiat 1; sit 10. l) reliquos servos 3. m) conponantur 1. 8; conponat 3. 5. n) ei 1; eos 3. o) duplo 3. 4. 5. 8. 9. 10.

V, 6. *Codd. A* 1—10. a) visontum 3; bisontum, bissontum 2. 5. 9. 10; bisantum 4; bissontem 6. 7; bisentum 8. b) bubulum 5; beballo 1. c) *deest* 3; sic 4; vel 5. d) bubalum *add.* 8. e) qui 2. 5; quem 3. f) brugeat 1; bruget 2. 3; rugit 7. g) vel 3; ut 5. h) si *add.* 5. i) trehudis 10; illum cervum qui treudes 3. k) habebit 10. l) medium solidum 3. 4. m) *deest* 2. 10. n) trehudis 10; reutes 4; non h. m. s. si treudis *des.* 1. o) *deest* 5. p) *deest* 1. q) mihi 1. r) sagitata 4. s) solvatur 6. 7. t) *ita* 8. 9; ruffius 1; rubius 5. 10; rubeos 3; rufus 2; ruicus 4; rubea 6. 7. u) feramus 4. 10; ferames 1; fera 6. 7. v) sagittata 6. 7. w) cum *add.* 3. x) conponat 4. 7. 8; solvatur 6. y) Si niger — novegildo conponat *des.* 4.

E codd. B:

sicut reliquis[a] servis[b] conponi solet[c], ei[d] in triplum conponat[e]. De[f] quod[g] berbicario[h], stotario[i] et[k] vaccario fit[l], quod[m] reliquis servis[n] conponi solet[o], conponatur[p] eis[q] in duplo[r].

6. Si quis bissontem[a.*], bubalum[b] vel[c] cervum, qui prugit[d.**], furaverit aut[e] occiderit, 12 solidos conponat. Et si cervus ille treudis[f] non habet, medium[g] solidum conponat. Si treudis[h] habet et cum ipso nihil[i] sagittatum est, solvat[k] solidum unum. Si rubeus[l] feramus[m] cum ipso sagittatus est, 3 solidos solvat[n]. Si niger[o] est[p], soli-

*) *Glossa:* wisunt 6. **) *Glossa:* bramit 9.

V, 5. a) reliquus 11; reliqui 20. b) servus 11; *deest* 18. c) solvet 13; conponi solet *des.* 19. d) ita ei 18; *deest* 3. e) conponatur *multi.* f) Et 1—3. 6. 10. 12. 15. 16. 19; eo *add.* 19; si 9. 13. 14; denique *corr.* 29. g) quo 8. 11. 20; quid 9. 13; *deest* 30. 31; de *add.* 1. 2. 3. 6. 10. 12. 15. 16. 18. h) vervegario 1; berbicaria 2; verbicario 13. 14; vervicario 16; bicario 18; et *add.* 4. 5. 17. 19—36. i) stocario 16; stutario 18. 29; stuotario 20; *deest* 19. k) *deest* 1*b*. 9. 14. 20. l) sit 20. 27. 29; fuit 19; si *add.* 31 *et supra lineam add.* 29. m) sicut 8. 9. 14. 19; de *add.* 1. 11. n) servi 20. o) conpositioni solet fieri 18; conponi solet *des.* 19. p) conponat 3; solvet 14. q) *deest* 20. r) duplum 8. 27.

V, 6. *Codd. B* 1. 1*b*. 2—21. 24. 27—32. 36. 37. a) bisontem *multi;* bisitonem 18; bisonem 19; visontem 7; aut *add.* 9. b) bubulum 16. c) si 19; aut 13. d) brugit *multi;* burgit 1; pringit 16; prigit 24. e) vel 18. f) triudis 1; treudum 7; treudas 18; treudus 19. g) medium s. c. si t. habet *des.* 1. h) triudi 10; treudas 18. i) *deest* 1. k) conponat 18. l) si rubeus — solvat *des.* 19. m) fera 9. 13. 14. 24; ferus 31. n) conponat 8. 11. 18. o) feramen *add.* 8. p) *deest* 8. 9. 13. 19.

1) *Cfr. fragm. II*, 52. 2) *I. e. equarius.* 3) *Cfr. Lex LXXII. LXXIII. LXXIV.* 4) *I. e. bison, 'Wisunt'.* 5) *I. e. compes, pedica, Germ.: 'druh'. Cfr. Lex Ribuaria XLII, 2 et Glossa LL. V, p.* 277. 6) *I. e. rubeum feramen (ferae rubeae), 'Rothwild'.*

E codd. A:

niger[a. 1], solidos[b] 6* conponat[c]. Si involatus fuerit, novemgeldos[d] conponat[e]. Si cervia[f] indomita[g] fuerit occisa[h], tremisse[i] solvat[k]. Si trudis[l] habuit[m], medio[n] solido. Si[o] cum[o] ipsam[p] ruviam[q] fera[r] sagittata[s] fuerit[t], 3** solidos solvat. Si nigra[u], 6 solidos[v] solvat[w]. Si involata fuerit[x], novemgeldos[y] conponat[z].

7. Si[a] ursus alienus[b] occisus aut[c] involatus fuerit[d], 6 solidos[e] solvat[f]. Apro[g] similiter[h].

Si quis pecum[i] manualem[k. 3], qui[l] dicitur alatus[m. 4], aut verre[n] aut ducaria[o] occiderit[p], 6 solidos conponat[q]. Si[r] furatus[s] fuerit, 3 solidos solvat[t]; et quantum iurat[u] quod valuit[v], octogildus*** conponat[w].

*) III 6. 7. **) VI 4. ***) VIIII 8; VIIII geldos 2. 4—7. 9. 10; cum octovigeldos 3.

V, 6. a) nigra 6. 7; nigere 9; negerve 1; megerem 5; feramis *add.* 8. b) *deest* 5. c) conponatur 10. d) novemgeldus 5. 9. 10; novegildo 1. 4; novigeldos 3. e) *deest* 6. 7; solvat 8; *in codice* 9 *sequitur* XXIII, *quasi capituli numerus.* f) cerva 3. 6. 7. g) domita 6; domata 7. h) cum *add.* 3. i) tremisso 1. 4. 5. 10; tremissem 6. 7. k) *ita* 5. 6. 7; solo 1. 2. 4. 8—10; conponat 3. l) *ita* 1. 4. 10; treudis 2. 3; traudis 8; treudem 7; treude 9; treundem 6; tredidem 5. m) habet 6. 7. 8. n) medium solidum 7; cum medio sol. conponat 3. o) sicut 1. 10. p) ipsa 3. 5—7. q) *ita* 2. 9; rubiam 1. 10; rubius 5; rubea 3. 6. 7; ruicus 4; ruala 8. r) feram 2. 4. 9. 10. s) sagittatam 4. 10. t) fuit 2. 3. 4. 6—9. u) negra 1; cum *add.* 3. v) *deest* 4. 7. w) *deest* 2. 10; conponat 3. 6. 8. x) fuerat 1; *deest* 9; in *add.* 1. y) novegildus 1; novigeldos 3; novem novigeldos 4.

V, 7. *Codd. A* 1—10. a) Si quis 3. b) alicuius 3. c) et 4. d) fuit 1; cum *add.* 3. e) *deest* 6. f) conponat 3; *deest* 8. g) Et aper 2; abro 4. 5. h) similibus 4. 5. 9. i) pecus si 9; pecus 3. 5. 6. 7. k) anualem 4; manuale 6. 7. l) quod 7. m) alcotus 10. n) verrem 3—8. 10. o) ducariam 3. 6. 7. 8. 10. p) cum *add.* 3. q) *deest* 4. r) Si — solvat *desunt* 3. s) fortus 1. t) solvatur 6. 7. u) iuret 4. 9; iurat quod *des.* 10. v) valet 9. 10. w) solvat 3; *deest* 4.

E codd. B:

dos 6* conponat[a]. Si involatus[b] fuerit, novemgeldos[c] conponat[d]. Si cerva[e] indomita[f] fuerit occisa, tremisso solvat[g]. Si treudem[h] habuit, medium solidum[i]. Si cum ipsa rubea[k] fera sagittata fuerit, 3[l] solidos solvat. Si nigra, 6[m] solidos conponat[n]. Si involata fuerit, novemgeldos[o] conponat[p].

7. Si ursus[a] alienus occisus aut involatus fuerit, solvat eum[b] solidos 6[c]. Aprum similiter.

Si quis pecus[d] manuale[e], qui[f] dicitur alatus[g], aut verrem aut ducariam occiderit, 6[h] solidos conponat. Si furatus fuerit, 3[i] solidos solvat[k]; et quantum[l] iuret[m], quod[n] valuit, novemgeldos** conponat.

*) III 28. **) octo geldos 18. 27; octo novegildos 20.

V, 6. a) solvat 8; solvatur 9. 13. 14; solvet 18. b) *corr.* mactatus 17. c) octogeldos 1. 4. 18; VIIII solidos 7. d) solvat 27. e) cervia *multi;* si cerva — aprum similiter *des.* 2. f) domita 8. 9. 13. 19. 24. 27. 28. 30. 31; domana 14. g) sola conponatur 13. 14. h) trude 19; si tr. h. m. solid. *des.* 1. i) conponat *add.* 13. 14. k) rubica 15; rubia 6. 12; *deest* 18. l) VI 16. m) V 18. n) solvat 1. 16. 32; *deest* 13. 14; Si nigra, VI sol. solvat *add.* 19. o) octogeldos 18. p) solvat 18.

V, 7. *Codd. B* 1. 1*b*. 2—21. 24. 27—32. 36. 37. a) versus 12. b) *deest* 8. 18. 19. c) III 4. d) pecum *multi.* e) manualem *multi;* alienum 16. 17. 18; animalem 20; anualem 19. 24. f) quod *multi;* qui. d. alatus *des.* 18. 20. g) altum 31; alitum *corr.* 29. h) III *corr.* VI 9. i) VI 9. 19. k) conponat 9. 29. l) si 18; *deest* 1. m) *deest* 4. 28. n) quantum 1. 18.

1) *I. e. 'Schwarzwild'.* 2) *Poena furti; cfr. V,* 7. 8; *Lex LXI.* 3) *'Animalia consueta, quae, ut loquitur Varro lib.* 2 *De re rust. cap.* 7, *ad manus accedere consueverunt' Ducange v. Manualia.* 4) *Fortasse volatilia, 'Geflügel' (?).*

E codd. A:

Si quis capriolo[a] occiderit[b], saiga[c]. Si[d] involatus[e] fuerit, novemgeldos[f] conponat.

8. Si gruis[a] fuerit involata[b] aut[c] occisa[d], 3[e] solidos conponat[f]. Si auca[g] fuerit furata[h] aut[i] occisa, novigildus[k] solvat[l]. Anite[m.1], gariola[n.2], cicunia[o.3], corvo[p], cornicla[q], columba et[r] chaucha[s.4], alia[t] similia[u] requirantur[v].

9. Si[a] acceptor[b], qui auca[c] mordit[d], occiderit[e], 3[f] solidos solvat[g]. Si grue[h], 6* solidos conponat[i].

10. Si[a] [verres] verre[b] occiderit[c], ipso[d] pro eo[e] reddat aut[f] 3[g] solidos solvat[h].

*) v 1.

V, 7. a) capriolum 3. 4. 6—9; cabriolum 5 alicui *add.* 3. b) cum *add.* 3. c) saggas 1. 2; sagia 4; saigas 10; conponat *add.* 3. d) *deest* 2. e) involutus 7. f) novegildo 1; novigeldos 3.

V, 8. *Codd. A* 1—10. a) sruges 1; gruius 8. gruus 10. b) *ita* 1. 2. 3; furata *reliqui.* c) vel 3. 8. 9. d) *verba* occisa — furata aut *des.* 6. e) 3 sol. aut occisa *des.* 1. 2. f) solvat 5. 10; *deest* 9. g) anseris 10. h) *ita* 7. 8; involata *reliqui.* i) vel 8. k) *ita* 1; novigeldos 3; novegeldus 8; novemcoldus 9; novemgeldus *seu* novemgeldos *reliqui.* l) solvatur 2. 4. 6; ea *add.* 3. m) ante 1; anita 3; anoda 2; aneta 5. n) goriola 7; cariola 4; agariola 9. o) icunia 1; cisuniva 4; caecunia 10. p) corvus 3; corvum 6. 7. q) cornilia 1; cornicola 5. 6. 7. r) ccc et 2. s) *ita* 1; chauva 2. 10; cauham 3; cetcauha 6. 7; acetcauha 8; cava et cogam 4; querola et cauha ut 5; caetcavuha amlia 9; et *add.* 6. 7. t) *deest* 1. 9; in alia 10. u) similiter 1. 3; *deest* 4. v) requerantur 1.

V, 9. *Codd. A* 1—10 = III, 14. a) Siquis 1. b) acceptorem 1; accepto 9. c) aucam 3. 4. 6. 7. d) mordet 4—7; prendit 8. e) occidit 2; occisus fuerit cum 3; *deest* 4—10. f) VI 5. g) solvatur 6. 7; conponat 4. h) gruem 3; grugem 5. 6. 7; gruge 4. 8. 10; cruge 9; mordit *add.* 3. 4. 5; mordet *add.* 6. 7. 9; prindet *add.* 8; cum *add.* 3. i) solvat 9; *deest* 4.

V, 10. *Codd. A* 1—10 = III, 15. a) Si quis 3. b) verrem 3; verpe 4; vero 5. 6. 7. c) occidit 6. d) *ita* 1. 4. 5. 10; alio 2; ipsum *reliqui.* e) ea 3. f) et 4. 8; *deest* 5. 9; cum *add.* 3. g) VI 5. h) conponat 3. 8.

E codd. B:

Si[a] quis capriolum* occiderit[b], saiga[c]. Si[d] involatus[e] fuerit, novemgeldos conponat[f].

8. Si grus[a.**] fuerit furata[b] aut occisa, 3[c] solidos[d] solvat[e]. Si auca[f.***] fuerit involata[g] aut occisa[h], novemgeldos[†] solvat[i]. Aneta[k], gariola[l], ciconia[m], corvus, cornicla[n], columba et[o] croerola[p.5] et[q] cauha[r], ut[s] alia[t] similia, requirantur.

9. Si acceptor[a], qui aucam mordet[b], 3[c] solidos solvat[d]. Si gruem[e] mordet[f], 6 solidos conponat[g].

10. Si verris[††] alium[a] occiderit[b], ipsum[c] pro eo[d] reddat et[e] 3 solidos[f] solvat[g].

*) *Glossa:* rehpoch 9. **) *Glossa:* kranach 9. ***) *Glossa:* gans 9. †) octogeldos 4. 18. 27. ††) *Glossa:* diup 30.

V, 7. a) *reliqua des.* 18. 21; *infra ante cap.* 11. *leguntur* 20. b) solvat 32; *deest* 13. c) sagia conponat 9; una sagia conponat 30; cum sagitta 1; solbat *add.* 20. d) *reliqua des.* 27. e) occisa 24. f) solvat 1; *deest* 9.

V, 8. *Codd. B* 1. 1*b*. 2—21. 24. 27—32. 36. 37. a) quis 12; cruvus 19; nigus 20. b) involatus 2; involata 8. 9. 13. 14. c) VI 19. d) *deest* 4. e) conponat 1. 6. 8. 12; *deest* 18. f) autem 15. g) furata 9. 21. 27. 29. 31. 32. h) aut occisa *des.* 6. 12. 15. i) conponat 6. 8. 12. 15; conponatur 13. 14. k) Aneta — similia requirantur *des.* 20. l) cicariola 18. m) cicum 18. n) cornicula *multi;* cornilia 7; corinda 16; *deest* 18. o) *deest* 9. 11. 13. 14. 15. 19. p) auca 17; et croerola *des.* 1. 1*b*. 2. 3. 6. 7. 8. 10. 12. 17. 19; et c. et cauha *des.* 18. 30; horocralu 15; querola 16; caetchroela 24. q) *deest* 13. r) cetauca 9. 13. 14; cauva 7. 19. 31; aucea 27; chaua 8. 17; cauca 1. 10. 36; cauhura 24. 29. s) et 2. 3. 7; aut 4. 11. 18. 27; *deest* 19. t) *deest* 19.

V, 9. *Codd. B* 1. 1*b*. 2—21. 24. 27—32. 36. 37. a) accipiter 9. 11. 13. 14. 16. 18. b) mordit *multi;* prendit 20. 30. c) VI 31. d) *deest* 20. e) grugem *multi;* grui 1; gruam 19. 20. f) mordit *multi*; prendit 20; *deest* 18. 30. g) solvat 1. 31; *deest* 18; solidos conponat *des.* 20.

V, 10. *Codd. B* 1. 1*b*. 2—21. 24. 27—32. 36. 37. a) *ita* 9. 13. 14. 30. 31; alienum 15; *deest reliquis.* b) *deest* 18. c) alium 15. d) ipso 15. e) *deest* 4. 19. 21. 24. 27. 28. 31. 32. f) *deest* 20. g) conponat 9; *deest* 1.

1) *'Ente'.* 2) *'Häher'.* 3) *'Schwan'.* 4) *'Gauch'.* 5) *'Wannenweihe', 'crécerelle' (?), Ducange h. v.*

E codd. A:

Quae cum ita sint et quia legem priore parte saeculi septimi ortam esse negabimus, eam vel temporibus Karoli Martelli vel, cum Odilo re contra eius filios male gesta oppressus esset, originem duxisse credamus necesse est. Utri autem aetati lex attribuenda sit, vix unquam pro certo dici poterit. H. Brunner variis argumentis congestis probare studuit legem intra annos 744 *et* 748 *scriptam esse, cui omnes fere viri docti adsenserunt*[3]*. Attamen non prorsus est sententia reicienda — forsitan huic alteri opinioni praeferenda — legem inter annos* 725 *et* 728 *sub Karolo Martello maiore domus esse confectam, quia nullo loco, ut supra diximus, reformationis a S. Bonifatio perfectae mentio fit et lex in synodo Ascheimensi sub Thassilone III. habita ducis praecessorum (non praecessoris) pactus nominatur*[4]*.*

§ 2. *De recentioribus legibus Baiwariorum.*

Cum 'lege Baiwariorum', quam sub nr. I in hac editione prelo subiecimus, arcte cohaerent nonnullae leges recentiores et synodorum decreta, quae aevo Karolingico scripta appendicis loco impressa invenies:

Decreta concilii Ascheimensis inter annos 755 *et* 760 *habiti in quibus nonnullae res ecclesiasticae accuratius definiuntur decretaque concilii Vernensis sub Pippino rege convocati exhibita sunt (II). (= MG. Concilia aevi Karolini I, p.* 56 *sqq.).*

Decreta quae vocantur Dingolfingensia et in contione ibi habita anno, ut opinamur, 770 *redacta, in quibus — lege Baiwariorum saepius respectata — nonnulla desideria gravaminaque ecclesiae nobilium populique accuratius describuntur et disponuntur (III). (= MG. l. l. I, p.* 93 *sqq.).*

Decreta Neuchingensia die 14 *mensis Octobris anni* 772 *sub inscriptione 'de popularibus legibus' publicata, quae legis Baiwariorum instar novellarum, constitutionibus nituntur sub Thassilone III. in synodo Neuhingensi promulgatis (IV). (= MG. l. l. p.* 98 *sqq.).*

1) *Cf. v. Schwind l. l., p.* 682. 2) *Cf. K. Lehmann 'N. Archiv' X, p.* 504; *v. Schwind l. eod. XXXI, p.* 433 *sqq.,* 438; *XXXIII, p.* 686 *sqq.* 3) *Hanc opinionem non probat Bernhardus Sepp, 'Die Entstehungszeit der Lex Baiuvariorum' in 'Altbayerische Monatsschrift, herausgegeben vom historischen Verein von Oberbayern'* 1901/2, *p.* 36 *sqq. et* 70 *sqq.* 4) *Cf. supra p.* 180 *l.* 31 *sqq.*

Capitula Karoli Magni ad legem Baiwariorum addita, infra annos 801—813 *confecta quibus inter alias partes iuris Francorum imprimis octo banni regii legi Baiwariorum inserti sunt (V). (= MG. Capitularia I, p.* 157*).*

Capitulare Baiwaricum anno fere 810 *ortum quo instructio in usum missorum dominicorum continetur (VI). (= MG. l. l. p.* 158*).*

§ 3. *De codicibus.*

*Dissertationi Johannis Merkel de codicibus legis Baiwariorum summa cum diligentia conscriptae et tomo XI. (*1858*) annalium quibus 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' (ed. G. H. Pertz) inscribitur, insertae vix habeo quod addam.*

Praeter codices illic descriptos Merkel codicem universitatis Wirceburgensis f. 167 *in editione legis LL. III, p.* 187 *accurate descriptum, tum editiones Sichardi, Tilii, Heroldi et adnotationes Bosii quae codicibus postea deperditis nituntur, lectionesque discrepantes in editione Lindenbrogiana exhibitas in usum editionis a se comparatae convertit. Ad quos codices nonnulla codicum fragmenta his demum diebus inventa in meum usum excussa accedunt:*

1*) Codex in castello Klitschdorf apud urbem Bunzlau a v. d. Wernicke inventus et a Karolo Lehmann in editione legis Alamannorum supra p.* 13 *descriptus. Is codex est comitis de Solms-Baruth. K. Lehmann etiam fragmentum legis Baiwariorum usque ad cap. XII,* 9 *huic codici fol.* 147—156 *insertum ad pulvisculum excussit.*

2*) Codex Parisinus Nouv. acqu.* 204 *f.* 40—58 *s. X et XI, quo prologus et textus pars prior usque ad caput XII,* 8. *continetur.*

3*) Fragmenta a tegumento codicis Monacensis reg. lat.* 14944 *dissoluta et hoc tempore sub numero* 29086 *conservata tres breves partes prologi et capitum I,* 1—4. *IX,* 2—9 *legis Baiwariorum exhibent. Cf. 'Neues Archiv' II,* 435.

De c o g n a t i o n e codicum annalibus 'Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' XXXVII, p. 417—445 *accuratam dissertationem inserui.*

In editione Merkeliana illi codices primum locum obtinent qui vocabulis et formis latinitatis recentioris vel vulgaris abundant; qua ratione hic illic viri docti prae ceteris utuntur, cum credant archetypum sermone qui dicitur vulgaris, confectum esse. At ad textum legis Baiwariorum constituendam ansam nobis illae partes praebent quae e vetustioribus legibus depromptae sunt. Quibus accuratius in auxilium vocatis tibi persuadebis codices sermone perpolito, non vulgari, conscriptos propius ad archetypum nobis non conservatum accedere et in textu constituendo praeter ceteros esse respiciendos.

In classes certas si codices dividere vel certum stemma genealogiamve eorum constituere volueris, id neque probabo neque id fieri posse credam, ut loco laudato demonstravi. Quod multi codices quibus cognatio artior demonstraretur, deperditi sunt, stemma depingere nequimus; quare enumeratione familiarum quae nequaquam accurate distinctae sunt, contenti simus necesse est.

Ad textum genuinum legis Baiwariorum quam proxime variis de causis accedunt:

1*) Codex membranaceus V a t i c a n u s Christinae reginae Sueciae n.* 991 *s. IX exeuntis vel X, qui in foliis* 67—104 *textum legis Baiwariorum continet. Hic codex ab J. Merkel in Pertz 'Archiv' XI, p.* 584 *descriptus est (= V).*

2) *Codex membranaceus* Parisinus 4417 *s. IX—X olim canonicorum Aniciensium, deinde Colbertinus* 826, *postea regius* 5159. 5, *de quo J. Merkel l. c. p.* 586—588 *retulit.* **P1.** *In foliis* 130—159 *legem Baiwariorum continet.*

3) *Codex membranaceus* Parisinus 4614, *olim Thuanus, deinde Colbertinus* 777, *postea regius* 4898 *s. X (=* **P2***), in quo post legem Alamannorum lex Baiwariorum exstat, descriptus accuratius ab J. Merkel in Pertz' 'Archiv', ubi quae ad hanc legem pertinent, XI, p.* 585 *sq. et quae ad Edictum Langobardorum respiciunt, VII,* 767 *enarrantur.*

4) *Codex deperditus quo opinamur* Heroldum *olim in sua editione conficienda usum esse* (**Her**) *(cf. infra p.* 188, *nr.* 3*).*

5) *Codex membranaceus* Parisinus 4759, *quondam Colbertinus* 5418, *regius* $\frac{5190}{6.6}$ *s. IX exeuntis (=* **P3***), qui in foliis* 21—46 *prologum indicem textumque huius legis continet. Codex descriptus est apud J. Merkel l. l. p.* 588 *sq.*

6) *Codex deperditus quem* Sichardus *praelo subiecit (cf. infra p.* 188, *nr.* 1*)* (**Sich**).

7) *Codex deperditus quem* Tilius *in editione legis adhibuit (cf. infra p.* 188, *nr.* 2*) (=* **Til**).

8) *Codex Monacensis regius latinus* 1634 *s. XVIII qui ex editione Tiliana depromptus varias lectiones alicuius momenti non exhibet.*

9) *Codex* Parisinus 9654 *s. X, quondam Suppl. lat.* 75, *descriptus ab J. Merkel l. l. p.* 589 *sqq. (=* **P4**).

10) *Codex* Parisinus *Nouv. acq. nr.* 204 *(=* **P5***), de quo K. Lehmann in annalibus 'Neues Archiv' XII, p.* 579—585 *accuratius disseruit (cf. supra p.* 182*). Hoc fragmento nobis prologus index textusque legis usque ad finem capitis XII,* 8 *traditur.*

11) *Codex membranaceus bibliothecae universitatis* Graezensis *(Ms. III* 37, 2 *olim fol.* 40, 8*), qui in fine saec. XII conscriptus fragmentum legis Baiwariorum hoc est prologum, aliquot indicis rubricas partesque textus usque ad initium tituli III continet (=* **G**). *Folia quibus partes sequentes traditae erant, et folium quo index a cap. IX,* 15 *usque ad finem et textus usque ad cap. I,* 2 *continebatur, hodie desunt, cf. Merkel l. l. p.* 589.

12) *Codex oratorii Romani S. Mariae in* Vallicella *C.* 20 *(=* **Vl***) s. XVI cui inest p.* 105—108 *fragmentum quo nobis index et textus ipsius legis Baiwariorum prima pars usque ad cap. I,* 6 *traditus est. Merkelii descriptionem l. l. p.* 595 *sq. invenies.*

Cum his codicibus cohaerent:

13) *Codex deperditus quo usus scriba quidam s. XII codicem T* 2 *(infra nr.* 41*) supplevit et correxit (cf. 'Neues Archiv' XXXVII, p.* 437*) et*

14) *Codex membranaceus S.* Pauli *in Carinthia (=* **sP**), *qui saeculo nono scriptus primum Constantiae, deinde in monasterio S. Blasii in silva Hercynia fuit et ab J. Merkel l. l. p.* 574 *sqq. accurate descriptus est. Abundat corruptelis et multis mendis orthographicis, ut 'liveri' pro 'liberi', 'vis' pro 'bis', 'ostiliter' pro 'hostiliter', 'comodo' pro 'quomodo', 'oc' pro 'hoc', 'vindere', 'menime', 'sicaverit', 'hibi', 'hubi' aliisque similibus.*

15) *Codex bibliothecae ducalis Guelferbitanae Blankenburg* 130 *olim* 52 *quondam* Augustanus *(=* **Ag**) *s. X. qui, ut J. Merkel l. c. XI, p.* 577—583 *nos edocuit, praeter legem Baiwariorum magnum numerum fontium iuris continet. Nonnullis variis lectionibus gravioribus, ut 'restituat' pro 'reddat' (XIII,* 3*), 'fuerit' pro 'repererit*

(XV, 5), 'implere' pro 'firmare' (XVI, 11) et quod verba 'contra legem' (XIII, 5) desunt, certiores fimus hunc codicem arte cohaerere cum codice supra descripto sP.

16) *Codex membranaceus archivi ecclesiae cathedralis Mutinensis I, 2 (= **Mt**) s. X non post annum 991 conscriptus et*

17) *Codex membranaceus bibliothecae Gothanae ducalis nr. 84 s. XI, quondam ecclesiae S. Martini Moguntinae (= **Mg**), descripti ab J. Merkel l. l. p. 596 sqq.*[1] *et 604 sqq. Quamquam hic codex ex codice Mutinensi (nr. 16) non est derivatus, tamen cum illo coniunctus est. Generatim non valde inter se discrepant, multae lectiones non parvi momenti iis solis insunt, ut 'tulerit' pro 'fuderit' (IV, 21), 'ingressum' pro 'ingestum' aliaeque haud paucae. Adde, quod in utroque codice omnia capita ab initio usque ad finem continuo numerata sunt. Qui modus numerandi praeterea non nisi in codicibus Ad, Ald, Jlz (nr. 31—33) invenitur. Etiam index capitum non est idem qui in ceteris codicibus. Si scire volueris, quo tempore sit codex Mt conscriptus, id ex calendario illi adiecto quod cum anno 991 incipit, facile cognosces; ex scriptura eum eodem tempore vel paulo ante exstitisse conicias.*

18) *Codex supra p. 182 descriptus (**K**) qui hoc tempore in archivo castelli Klitschdorf conservatur quod comes de Solms-Baruth possidet.*

Alteri seriei aliquot codices adnumerandi sunt qui formis latinitatis vulgaris abundant:

19) *Codex membranaceus bibliothecae universitatis Monacensis Cod. Ms. 132, 8°, olim universitatum Ingolstadensis (= **J**) et Landshutensis, accuratissime literis minoribus conscriptus. Est codex omnium qui exstant, antiquissimus legis Baiwariorum. Cum Mederer saeculo octavo eum attribuere velit, ego eum haud prius quam ultimis annis huius saeculi vel principio saeculi noni exaratum esse contendam. Textus codicis quo nisus Mederer editionem paraverat (cf. infra p. 189) et quem J. Merkel l. l. p. 554 sq. descripsit, abundat formis e sermone vulgari depromptis.*

20) *Codex membranaceus Monacensis regius latinus 19415, quondam monasterii Tegernseensis 1415 (**T 1**) s. X cum correcturis s. XII et glossis s. XV, quem Merkel l. l. p. 556 — 558 descripsit.*

21) *Codex Monacensis regius latinus 1636, copia s. XVIII codicis T 1.*

22) *Codex membranaceus Monacensis regius latinus 4639, quondam monasterii Benedictoburani (**Bb**). Lex Baiwariorum in priore parte codicis obvenit quae s. XII scripta est, cf. Merkel l. l. p. 564 sq. Index ceteris est brevior, cum inscriptiones capitum tituli I—II desint.*

23) *Codex Monacensis regius latinus 1635, copia s. XVIII codicis Bb.*

24) *Codex membranaceus Monacensis regius latinus 5260 s. XII, olim canonicorum Chiemseensium nr. 10 (**Ch**), tum consiliarii J. C. de Lippert. Cf. Merkel l. l. p. 558 — 561.*

25) *Codex Monacensis reg. latinus 3519 s. XII. Textum legis Baiwariorum qui hoc codice continetur, ex cod. Ch sumptum esse in 'N. Archiv' XXXVII, p. 418 demonstravi; cf. etiam Steinmeyer-Sievers 'Althochdeutsche Glossen' tom. IV p. 521 sq.*

1) *Praeter opuscula hoc loco a Merkelio laudata conferenda sunt MG. LL. III, p. 3; K. Lehmann in editione legis Alamannorum, supra p. 12 et Can. A. Dondi, 'Notizie storiche ed artistiche del duomo di Modena' (1896) p. 273 sq.*

26) *Codex membranaceus universitatis* Wirzeburgensis *Ms. H f.* 167 *s. XII, quondam monasterii Amorbacensis (=* ***W****) apud J. Merkel LL. III, p.* 187 *descriptus, qui fragmentum legis Baiwariorum continet. Leguntur in codice finis prologi, indicis c. I,* 1—*X,* 5 *et textus inde ab I,* 6 *usque ad VIII,* 7. *Folia quae finem indicis et principium textus continebant, ex codice exscisa sunt.*

27) *Ad hunc codicem proxime accedit codex bibliothecae Guelferbytanae inter Helmstadienses* 532 *quondam academiae* Helmstadiensis *T* 4° 10, *n.* 64 *(=* ***H****), qui in parte saeculo nono conscripta legem Baiwariorum continet. Descriptum eum invenies apud J. Merkel l. l. p.* 541—547.

28) *Codex deperditus, cuius lectiones a textu legis Baiwariorum a Lindenbrogio publicato discrepantes* Bosius *in Italia olim adnotaverat et paulo postea in opere Christiani liberi baronis de Senckenberg 'Gedanken von dem jederzeit lebhaften Gebrauche des uralten bürgerlichen und Staatsrechtes'* 1759, *p.* 239 *sqq. iuris publici fecit*[1]. *Hic codex (=* ***Bos****), quem codici Ch non dissimilem esse Merkelius demonstravit, inter ceteros huius ordinis cōdicis eo excellit, quod in eo saepius quam in ceteris lectiones prioris classis reperiuntur.*

29) *Duo folia codicis deperditi s. IX vel X, quae in tabulariis magni ducis* Swerinensis *(=* ***S****) conservantur et finem prologi legisque initium usque c. I,* 3 *continent.*

30) *Codicis membranacei Monacensis regii latini nr.* 29086, *quondam eccl. s.* Emmerami *Ratisponensis fragmenta (=* ***Em****), de quibus supra p.* 182, *l.* 24 *tractatum est. Ex paucis fragmentis huius codicis colligere poteris eum secundae seriei adscribendum esse.*

Inter has duas series codicum locum obtinent nonnulli alii codices varii pretii, qui inter se variis modis cohaerent:

31) *Codex membranaceus Monacensis regius latinus* 2621 *s. XIII monasterii quondam* Alderspacensis *nr.* 91 *(=* ***Ald****) et*

32) *Codex chartaceus Monacensis regius latinus* 11029 *s. XV, quondam collegii S. Salvatoris in Jlz nr.* 6 *(=* ***Jlz****) quos J. Merkel descripsit l. l. p.* 613 *et* 614. *Archetypus utriusque codicis haud male confectus esse videtur a scriba quodam qui huic classi simili et praeterea lectionibus alterius classis usus textum facilem et intellectu perspicuum, nequaquam mendis grammaticis depravatum conficere voluit. Propria est codicis Alderspacensis creberrima permutatio literarum II et V qua numeri varii depravati sunt, e. g. 'XV' pro 'XII', 'VII' pro 'IIII' et alii quam plurimi. De his codicibus conferendum etiam est, quae 'Neues Archiv' XXXVII, p.* 443 *sqq. disserui.*

Inter se cohaerent:

33) *Codex membranaceus monasterii* Admontensis *in Styria nr.* 712 (55) *(=* ***Ad****) qui in parte s. XI conscripta legem Baiwariorum continet. Cf. Merkel l. l. p.* 572—574 *et*

34) *Codex membranaceus caesareus Vindobonensis* 406 *(iur. civilis nr.* 64*) s. XII, quondam monasterii* Gotwicensis *(=* ***Gw****). Cf. Merkel l. l. p.* 570 *sq. Multis in lectionibus formas erroresque ordinis prioris, in aliis alterius invenies. Forsitan etiam*

35) *Codex membranaceus s. XI bibliothecae* Bambergensis *C. P. I.* 13 *(nr.* 24*) (=* ***B****) ab J. Merkel l. l. p.* 571 *descriptus qui prologum et indicem et textum leges usque ad caput* 15 *tituli IX continet, copiaque vel extractus eiusdem codicis:*

36) *Codex membranaceus s. XI eiusdem bibliothecae C. P. I,* 9 *nr.* 64 *(l. l. p.* 572*), qui legis Baiwariorum nihil nisi fragmenta continet. Num hi codices Bambergenses — ut J. Merkel opinabatur — cum codicibus Admontensi et Gotwicensi artius cohaereant necne, pro certo affirmare non ausim, cum eae partes legis quae ad discernendos*

1) *Cf. etiam l. l. p.* 70 *sq.*

et aestimandos codices summi sunt momenti, in fragmentis B desunt. Cf. 'N. Archiv' XXXVII, p. 445.

Qui codices cum a meliore classe non valde abhorrere videantur, mirum in modum inter utramque classem positi sunt tres codices sequentes:

37*) Codex membranaceus s. X ineuntis archivi ecclesiae cathedralis Eporediensis nr.* 33 *(=* **Ep***), de quo* **Merkel** *l. l. p.* 547, *Pertz, 'Abhandlungen der kgl. Akademie der Wissenschaften zu Berlin'* 1857, *p.* 80. 85 *nec non Amadeus Peyron 'Notizie dell archivio del reverendissimo capitolo d'Ivrea tom. VIII, p.* 20, 1843 *et ego 'N. Archiv' XXXVII, p.* 440 *sq. disseruimus. Qui codex quamquam in universum secundae classi est adnumerandus, tamen complures lectiones haud spernendas codicum melioris notae exhibet; post collationem* **Merkelianam** *marginibus depravatis novis tegminibus est insertus et lacunis multis abundat quibus textus lectu difficilis fit. Tales lacunae in hac editione his siglis [. . .] significantur.*

38*) Codex membranaceus s. IX bibliothecae universitatis Lugduno-Batavae 'Cod. Vossianus latinus in quarto n°* 119' *(=* **L***).*

39*) Codex Parisinus* 4633 *(=* **P 6***), de quo G. H. Pertz in 'Abhandlungen der Akademie der Wissenschaften zu Berlin'* 1857, *p.* 87—96 *et J. Merkel l. l. p.* 535—537 *disseruerunt. Cf. etiam 'Neues Archiv' XXXVII, p.* 440.

Hos duos codices literis A 2 *et A* 1 *insignitos* **Merkel** *in textu conficiendo praeter ceteros ut principales est secutus, quamquam codicem A* 1 *ipse non inspexit. Quos inter se arte cohaerere et multas lectiones et errores utriusque classis continere in annalibus 'Neues Archiv' XXXVII, p.* 440 *accuratius demonstravi. At hi duo codices non ut alii continuum indicem omnium capitum textui anteposuerunt, sed singulis capitulis pauca verba (rubricas) addiderunt, quibus eorum argumenta indicantur. Quamquam hae rubricae in textu originali certissime defuerunt, tamen mihi verisimile esse videtur, ex hoc usu singulis capitibus singulas rubricas praeficiendi postea collectionem omnium harum rubricarum profectam esse, quae ut index universalis in capite totius textus posita est. Quod hic usus etiam in editionibus ab Heroldo et Tilio conparatis conservatus est, — quae, quin codicibus egregiis nitebantur, non dubitabis, — et quod editionem ipsam magis perspicuam reddit, etiam in hac editione adornanda singulis capitibus singulas rubricas praeficere mihi placuit, quamquam secundum dispositionem quae in plurimis codicibus obvenit, in capite totius legis indicem generalem posui. Cf. 'Neues Archiv' XXXVII, p.* 449 *sq.*

Separatim sunt nominandi:

40*) Codex membranaceus* **Monacensis** *regius latinus* 9653, *quondam monasterii S. Petri Altahae superioris (=* **Alt***); ea pars codicis quae legem* **Baiwariorum** *continet, s. X in. conscripta est. Cf. Merkel l. l. p.* 565 *sq.*

41*) Codex membranaceus* **Monacensis** *regius latinus* 19414, *quondam Tegernseeensis nr.* 1414 *(=* **T 2***), qui in ea parte quae s. XI conscripta est, textum legis Baiwariorum continet et ab* **J. Merkel** *l. l. p.* 567 *descriptus est.*

Qui codices ea re a ceteris sunt diversi, quod prorsus alium ordinem capitum exhibent. Quam ob rem Joh. Merkel textum utriusque codicis in sua editione seorsim exprimendum curavit eique nomen 'textus secundi' dedit, sed haec distinctio non recte mihi facta esse videtur. Quae transpositio enim capitum, quae in utroque codice non est eadem, non ab origine facta, sed legis melius disponendae causa forsitan a scribis codicum adhibita esse videtur. Quae cum ita sint, satis me praestantiam horum respecturum esse spero, si infra in indicibus et notis horum capitum ordinem expressero. De praestantia codicum Alt et T 2 *accuratius disputavi in annalibus 'Neues Archiv' XXXVII, p.* 441 *sqq., ubi etiam eorum artam cognationem demonstravi, licet saepius inter se discrepent; secundam classem omnino sequi videntur, hic illic etiam*

priorem. Adde quod saepius meliorem textum aliorum codicum et nonnullis locis soli genuinas formas exhibent. Quam ob rem quamquam in textu conficiendo in universum non sunt magni momenti, tamen hic illic eos praeter ceteros sequemur.

Minora fragmenta legis etiam reperies in

42*) Codice Monacensi regio latino* 6245 *s. XI quondam Frisingensi (***Fr 1***) et in*

43*) Cod. membranaceo Monacensi regio latino* 6241 *quondam Frisingensi (***Fr 2***) qui capita VIII et VIIII tituli primi continent; denique in*

44*) Cod. Parisino* 4995 *qui priorem partem capitis I,* 13 *insertam capitulari Ludovici I. ex anno* 817 *habet (***P 7***).*

Praeterea haud paucos codices olim exstitisse scimus sed, num hodie exstent ubique sint, ignoramus. Inter quos codices ab J. Merkel in sua editione legis Baiwariorum (MG. LL. III, p. 190*) descriptos sunt enumerandi:*

45*) Liber qui inter alia documenta et legem Bawariorum et Francorum et Alamannorum continuit, ecclesiae Pataviensis episcopalis incendio procul dubio* 1398 *consumptus; cf. Monumenta Boica XXVIII b, p.* 201.

46*) Liber de lege Bawariorum et*

47*) Liber de lege Ribuariorum Bawarorum et Francorum (cf. Mon. Boica XXVIII b.* 486*) qui utrique anno* 1254 *in catalogo Ottonis episcopi Pataviensis ex Alberti decani apparatu recepti erant.*

48*) et* 49*) libri S. Emmeramni Ratisponensis in duobus catalogis s. X memorati, quorum unus tempore Ramuoldi abbatis (*975—1001*) scriptus, in cod. Pommersfeldensi* 2821 *servatus legem Bawariorum (cf. Archiv IX,* 535*) continet, alter a.* 993 *scriptus et in codice Monacensi reg. lat.* 14222 *(olim Em. C.* 41*) fol.* 17 *servatus inter libros Waltherii monachi 'librum Tagoberti' enumerat quo nomine forsitan lex Baiwariorum significata esse potest; cf. Serapeum* 1841, *p.* 260, *'Archiv' VII,* 116.

50*) 'Liber admodum vetus veterum legum Salingicarum et Bavaricarum et similium quarundam', quem Vitus Amerbachius in manus suas pervenisse Alberto duci Boiorum anno* 1550 *scripsit; cf. Lori, 'de origine iuris Boici'* 1748, *p.* 11, *n. y.*

51*) In codice quodam Vaticano-Palatino a.* 1600 *conscripto Mai, Spicilegium Romanum V, p.* 215 *sq. catalogos codicum fuisse narrat, qui saeculo XVI erant in bibliothecis complurium monasteriorum in Palatinatu superiori ad Rhenum sitorum; quorum in catalogo bibliothecae 'Casseliensis' nominatae codicis legum 'Bavarorum' mentionem fieri idem auctor memoriae tradit.*

52*) Liber monasterii Carmelitarum Claromontani quem catalogus s. XVII enumerat; cf. Labbe, Nova bibl. mscr. p.* 206.

53*) Forsitan etiam liber monasterii quondam Wessofontani quem 'ius Noricorum' continuisse duo vetustissimi catalogi dicunt, unus in cod. Monac. reg. lat.* 22059 *fol.* 1 *servatus, alter, qui secundum Leutnerii Historiam Monasterii Wessofontani I,* 262 *Ludovici monachi cuiusdam bibliothecam continuit.*

Omnes codices nunc exstantes ipse partim in bibliothecis Italicis partim Oeniponti partim Vindobonae excussi; codices tantum P 1, 3, 4 *a v. d. Emanueli Schwab, Vindobonensi, codices Guelferbitani Ag et H a v. d. Jacobo Schwalm in illa bibliotheca, P* 5 *in bibliotheca Lutetiae Parisiorum in meum usum sunt collati. Comparandi causa etiam collationes in usum Merkelii confectas in hac editione adornanda adhibui.*

§ 4. *De codicibus prologi.*

Prologus etiam in hac editione legi Baiwariorum praepositus est, qui in compluribus codicibus cum lege ipsa est coniunctus. Deest in codicibus: Bos, Her, K, sP, Sich; partes prologi nobis obveniunt in codd. Em, Est, Laur, S, Til, V 2*; totus autem exstat et in ceteris codicibus supra nominatis et praeterea eum exhibent:*

1) *Codex membranaceus Parisinus lat.* 18237 *s. IX (=* **P 8***).*

2) *Codex membranaceus urbis Sangalensis nr.* 338, *olim C* 7 *s. X, olim Vadianus (=* **Vad***).*

3) *Codex membranaceus Vaticanus Christinae reginae Sueciae nr.* 1050 *s. X (=* **V 2***).*

4) *Codex membranaceus monasterii s. Crucis in Austria*[1] *siti nr.* 217 *s. X (=* **sCr***).*

5) *Codex membranaceus Monacensis regius latinus* 3853 *s. X, olim ecclesiae Augustanae nr.* 153 *(=* **Ag 2***).*

6) *Codex membranaceus Escurialis K vel Z II,* 2 *s. XI (=* **Esc***).*

7) *Codex membranaceus Monacensis regius latinus* 4460 *s. XII quondam Bambergensis (=* **B 2***).*

8) *Codex membranaceus Parisinus* 4931 *s. XIII (=* **P 9***).*

9) *Codex membranaceus Laurentianus LXXVII,* 1 *s. XIV (=* **Laur***).*

10) *Codex Estensis s. XV, nunc in archivo regio Mutinensi (=* **Est***).*

Codd. Ag 2, *B* 2, *Est, V* 2 *ipse contuli, in referendis lectionibus discrepantibus ceterorum J. Merkelii adnotationes secutus sum.*

In plurimis codicibus, qui prologum exhibent, coniungitur cum lege Baiwariorum;
cum lege Alamannorum in codicibus Ag 2, *B* 2, *sCr, et Vad, in quo huic legi postpositus est;*
cum lege Visigothorum in codice Esc;
cum lege Salica et capitulariis regum Francorum in codd. Est, Laur, P 8 *est coniunctus;*
inter alios fontes iuris positus est in Mg, Mt, P 9.

In nonnullis codicibus pars altera tantum prologi est conservata, ut in codicibus Est, Laur, legi Salicae praeposita, et inter cetera monumenta legalia in V 2. *Etiam in Tiliana editione legis Baiwariorum quasi prologus legis nihil nisi secunda pars [Theodoricus rex francorum (cf. infra p.* 201, *l.* 5*) usque ad finem] indici legis Baiwariorum postposita est.*

Codices quibus recentiores leges Baiwariorum II—VI, quas supra p. 181 *enumeravimus, nobis traditae sunt, in capite harum legum infra nominabuntur.*

§ 5. *De editionibus vetustioribus.*

Quod J. Merkel editiones priores ea qua est diligentia et religione, in praefatione operis sui enumeravit, non habeo quod addam.

Legem Baiwariorum in his editionibus invenies:

1) *Leges Riboariorum Baioariorumque, quas vocant, a Theoderico rege Francorum latae. Item Alamannorum leges a Lothario rege latae. Nunc primum vetustatis ergo excusae. Basileae* 1530, 8⁰ *(= Jo. Sichardus). Haec editio nihil continet nisi fragmenta legis Baiwariorum, quibus correspondent in hac editione capita: I,* 1. 2. 4. 7—9. 11. 12; *II,* 1. 3. 5. 6. 9. 11. 12. 15—18; *III; IV,* 1—7. 9—17. 22. 29—32; *VI; VII,* 4; *VIII,* 1—8, 12—17, 19—23; *IX,* 1. 2. 6. 8. 10—13. 16. 18—20; *X,* 1; *XI,* 1. 2. 4; *XII,* 1—7; *XIII,* 1. 3; *XV,* 1—4. 6—10; *XVI,* 1—3. 9. 10; *XX,* 1—5. 7—9; *XXI,* 1. 2. 4—6; *XXII,* 1. *Cf. supra p.* 183, *nr.* 6.

1) *Falso K. Lehmann, — qui numeros et ea quae in LL. III. p.* 6 *(G* 2*) obveniunt, mirum in modum confudisse videtur, — supra p.* 14 *(B* 14*) hunc codicem hoc tempore Monacensem (reg. lat.* 4115*) esse dicit. Confer etiam quae idem supra p.* 11 *(A* 2*) de cod. Monac. reg. latino* 4115 *recte disseruit.*

2) *Joannes Tilius, qui ante* 1557 *inter alias leges barbarorum etiam nostram legem sub titulo 'Antiqua Baivvariorum lex' edidit, quae post mortem eius (a.* 1571*) sub titulo conprehensae sunt: Aurei venerandaeque antiquitatis libelli Salicam legem continentes, a Clodoveo Childeberto et Clotario christianissimis regibus prius editi et postremum a Carolo M. emendati et aucti; item leges Burgundionum, Alamannorum, Saxonum, Baiuvariorum, Ripuariorum ex veteribus libris emendatiores et auctiores. Parisiis ex officina Iacobi du Puys* 1573. *Cf. supra p.* 183, *nr.* 7.

3) *Originum ac Germanicarum antiquitatum libri, leges videlicet Salicae, Ripuariae, Allemannorum, Boioariorum, Saxonum, Vuestphalorum, Angliorum, Vuerinorum, Thuringorum, Frisionum, Burgundionum, Langobardorum, Francorum, Theutonum, opus certe pietatis nec non veteris venerandaeque illius vere Franciae maiestatis plenum .... Nunc .. Vuoluffgangi, Abbatis, Principis, Fuldensis benignitate et in patriam flagranti studio ex superba illa celeberrimi Collegii Bibliotheca in lucem ... prolati opera vero Basilii Joannis Herold ac collatione exemplariorum quae vetustissimis necnon ante septingentos annos depictis characteribus expressa erant descripti, emendati atque in lucem magna religione editi — Basileae per Henrichum Petri (*1557*) vide supra p.* 183, *nr.* 4.

4) *Codex legum antiquarum in quo continentur leges Wisigothorum, Edictum Theodorici regis Lex Burgundionum, Lex Salica, Lex Alamannorum, Lex Baiuvariorum, Decretum Thassilonis ducis, Lex Ripuariorum, Lex Saxonum, Angliorum et Werinorum, Frisionum, Longobardorum, Constitutiones Siculae sive Neapolitanae, Capitulare Karoli M. et Hludowici impp. etc. quibus accedunt formulae solennesque priscae publicorum privatorumque negotiorum nunc primum edita ... ex Bibliotheca Frid. Lindenbrog J. C. — Francofurti apud Iohannem et Andream Marinos et consortes* 1613.

5) *Stephanus Baluzius, Capitularia regum Francorum, Parisiis* 1677, *tom. I, p.* 91—140: *Dagoberti regis capitulare tertium sive 'Lex Baiuvariorum'.*

6) *Corpus iuris antiqui, quo continentur leges Francorum Salicae et Ripuariorum, Alamannorum, Baiuvariorum etc. Opus post cl. vv. Heroldi, Lindenbrogii, Baluzii, Eccardi, Muratorii aliorumque praestantissimos labores diligentius recognitum, variantibus lectoribus ... instructum consilio Jo. Gottl. Heinecci IC. adornavit Petrus Georgisch. Halae* 1738.

7) *Notae Bosianae in editione Henrici Chr. de Senckenberg de quibus supra p.* 185 *sub nr.* 28 *tractatum est.*

8) *Josephus Resch in annalium ecclesiae Sabionensis tomo I,* 502—514 *partes legis statum religionis in Boiaria illustrandi causa secundum Petrum Georgisch edidit.*

9) *Eusebius Amort legem Baiuvariorum nuper typis edidisse Sterzinger, 'Abhandlungen der churfürstlich bayerischen Akademie der Wissenschaften'* 1763, 1*a*, 150 *dicit, nulla tamen alia notitia huius editionis constat.*

10) *Dominicus Peregrinus Baluzianum opus* 1772. 1773 *Venetiis alterum praelo subiecit.*

11) *Capitularia regum Francorum Nova editio auctior .... ad fidem autographi Baluzii .... curante Petro de Chiniae Parisiis* 1780, *I,* 91—140; *II,* 1010. 1070.

12) *Paulus Cancianus, Barbarorum leges antiquae cum notis et glossariis Venetiis* 1782—1792, *II,* 13. 15, 356—400.

13) *Joh. Nep. Mederer qui inter libros suos: 'Beiträge zur Geschichte von Baiern', Stück V, etiam 'Leges Baiuuariorum oder ältestes Gesetzbuch der Baiuuarier nach einer uralten Handschrift der kurfürstlichen Universitätsbibliothek zu Ingolstadt ins Teutsche übersetzt, mit Anmerkungen erläutert, mit fünf anderen Codd. MStis verglichen etc. Ingolstadt* 1793' *iuris publici fecit. Mederer in hac editione adornanda*

adhibuit codices J, qui ad verbum transcriptus fundamentum editionis erat, Ald, Alt, Bb, Ch, T1, et editionem Georgischianam.

14) *P. Jac. Bruns in 'Beiträgen zu den Deutschen Rechten des Mittelalters aus den Handschriften und alten Drucken der akademischen Bibliothek in Helmstädt' (Helmstädt 1799), p. 97 — 113, lectiones discrepantes publicavit quae in codice H, comparato cum editione a Petro Georgisch iuris publici facta, obveniunt.*

15) *Ferdinandus Walter in Corpore iuris Germanici I, p. 237 — 298 anno 1824 publicato.*

16) *Ultimam et accuratissimam legis Baiwariorum editionem Johannes Merkel in Monumentis Germaniae historicis (Leges tom. III, p. 183 — 449) curavit. Quamquam in ea editione critica quae summa cum cura et accuratissima diligentia est confecta, praeter fragmenta supra p. 182 descripta omnes codices qui nobis innotuerunt, in auxilium sunt vocati, tamen eo vituperanda est, quod variae textus formae sine ulla causa seorsim expressae et inter se oppositae sunt. Editio Merkeliana abundat explicationibus adnotationibusque exegeticis. Quarum pars, quod ad rem non pertinet, in editionem nostram recipi non potuit. Sed hic illic haud spernendae sunt.*

§ 6. *De dissertationibus de lege Baiwariorum confectis.*

De lege Baiuvariorum accuratius disseruerunt:

J. N. v. Mederer in prooemio historico editioni legis Baiuv. praeposito 1793.

F. P. Klemm, 'Versuch einer Geschichte der bairischen Gesetzgebung' 1801.

Vitus Ant. Winter, 'Über den geschichtlichen Werth des ältesten Gesetzbuches der Baiuvarier' 1809 *(= 'Vorarbeiten zur Beleuchtung der bairischen und österreichischen Kirchengeschichte' II, 1).*

— *'Über die ältesten Gesetze der Bajuwaren'* 1823.

K. F. Eichhorn, 'Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte' I, 1808, *p.* 97.

Ign. Rudhart, 'Abriss der Geschichte der bairischen Gesetzgebung', München 1820.

M. Frh. v. Freyberg, 'Über den historischen Gang der bairischen Landesgesetzgebung bis auf Max I', 1834.

F. M. Wittmann, 'Bayerische Landes- und Rechtsgeschichte' I, 1: *'Die Boiovarier und ihr Volksrecht',* 1837.

G. A. Davoud-Oghlou, 'Histoire de la legislation des anciens Germains' 1845 *I, p.* 217—300.

P. Roth, 'Über Entstehung der lex Baiuvariorum' 1848.

— *'Zur Geschichte des bairischen Volksrechtes'* 1869.

de Pettigny, 'De l'origine et des différentes rédactions de la loi des Bavarois' in annalibus quae dicuntur 'Revue historique de droit français et étranger' tom. II, p. 305 *sqq.,* 1856.

A. F. Gfrörer, 'Zur Geschichte der deutschen Volksrechte im Mittelalter' 1856 *I, p.* 322 *sqq.*

*Johannes Merkel, 'Das bairische Volksrecht' in annalibus quae dicuntur 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' XI (*1858*) p.* 533—687.

— *Mon. Germaniae Leges III, p.* 183 *in praefatione suae editionis.*

Seb. Mutzl, 'Die Lex Baiuvariorum als geschichtliche und sprachliche Urkunde' in 'Jahresbericht über die königl. Studienanstalt zu Fichstätt in Mittelfranken' 1858/59.

O. Stobbe, 'Geschichte der deutschen Rechtsquellen' I, p. 153 *sqq.,* 1860.

A. Quitzmann, 'Die älteste Rechtsverfassung der Baiwaren', 1866.

G. Waitz, 'Über das Alter der beiden ersten Titel der lex Baiuvariorum' in annalibus quae nominantur 'Nachrichten der kgl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen', 1869, p. 119 sqq. (= 'Gesammelte Abhandlungen' I, p. 341 sqq.).

— 'Deutsche Verfassungsgeschichte' II, 1³, p. 116 sqq., 1882.

F. v. Muth, 'Das bairische Volksrecht', 1870.

S. von Riezler in annalibus nominatis 'Jenaer Literaturzeitung', 1875, p. 115.

— 'Über die Entstehungszeit der Lex Baiuvariorum' in annalibus quae inscriptae sunt: 'Forschungen zur deutschen Geschichte' XVI, p. 409 sqq., 1876.

— 'Geschichte Baierns', 1878, I, p. 113 sqq.

— 'Beilage zur Münchener Allgemeinen Zeitung', 1905, p. 201 sqq.

H. Gengler, 'Germanische Rechtsdenkmäler', 1875, p. 92 sqq.

— 'Beiträge zur Rechtsgeschichte Baierns', 1889.

H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I¹ (1887) p. 313 sqq.; I² (1906) p. 454 sqq.

— 'Über ein verschollenes merovingisches Königsgesetz' in 'Sitzungsberichte der königl. preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin' 1901, p. 932 sqq.

E. Glasson, 'Histoire du droit et des institutions de la France' II, p. 194 sqq., 1888.

L. Huberti, 'Übersicht über die bisherige Literatur zur Entstehungsgeschichte der Lex Baiuwariorum' in 'Verhandlungen des historischen Vereins für Niederbayern', XXVIII, p. 1 sqq., 1892.

B. Sepp, 'Die Entstehungszeit der Lex Baiuwariorum' in annalibus 'Altbairische Monatschrift', herausgegeben vom historischen Verein für Oberbayern III, p. 36 sqq. et 70 sqq., 1901.

E. von Schwind, 'Kritische Studien zur Lex Baiuvariorum' I—III, in annalibus quae dicuntur 'Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' XXXI (1906) p. 401 sqq., XXXIII (1908) p. 605 sqq., XXXVII (1912) p. 415 sqq.

F. Dahn, 'Könige der Germanen' IX, 2, p. 181 sqq. 1905.

D. von Kralik, 'Die deutschen Bestandteile der Lex Baiuvariorum' in 'Neues Archiv' XXXVIII, p. 13 sqq., 401 sqq. et 581 sqq. (1913), de qua accurate disputavit Th. v. Grienberger, in 'Mitteilungen des Institutes für österreichische Geschichtsforschung' XXXV, p. 154—164 (1914).

§ 7. *De nova editione.*

In hac editione adornanda secutus sum rationes ceterorum editorum legum barbarorum quae monumentis Germaniae historicis continentur. Inprimis autem operam dedi, ut textum originalem e codicibus quam sincerrimum, quoad id fieri poterat, elicerem. In enumerandis capitibus secutus sum ordinem et dispositionem, quibus J. Merkel in primo textu editionis usus est; omnes enim graviores dissertationes et lucubrationes, quae ab anno 1863 de lege Baiwarorum in lucem prodierunt, hunc ordinem respexerunt. Ne igitur multi errores et labores ex alia dispositione orerentur, eum ordinem quasi totum recepi vel nonnullis eorum locorum ubi mutatio quaedam per se forsitan melior fuisset. Sed ubi mutationes necessariae fuerunt, veteris ordinis numeros in margine adnotavi (cf. 'Neues Archiv' XXXVII, p. 449).

In rebus orthographicis codicem Vaticanum Christinae reginae Sueciae nr. 991 (= V) de quo supra p. 182 nr. 1 tractatum est, secutus sum.

Accuratissimis lucubrationibus grammaticis J. K. Zeus et Rudolfi Much et Dieterici de Kralik, quae infra (p. 197, n. 1) referuntur, edocemur gentis nomen non e voce 'baiu' vel simili profectum, sed e vocabulis 'bai' et 'warii' compositum esse. Itaque nomen 'Baiuvariorum' quo per tantum tempus plurimi utebantur, e voce 'Baiwarii' vel

'Baiuuarii' falso lecta ortum est. Per se igitur patet veram nominis formam 'Baiwarii' et in capite editionis et in textu ipso adhibendam esse.

Quod varias lectiones uberiores adnotavi quam primo obtutu necesse esse videtur, id feci, quia novas rationes in editione comparanda ingredi nolui. Adde etiam, quod evitare studui, ne mihi crimini daretur, in hac editione non tot lectiones adferri quot in vetustioribus. Sed si quis minorem adnotationem quam dicunt criticam, maluerit, non habebo quod meo iure ei obiciam. At uberior adnotatio eo excusari potest, quod stemma codicum effici non potuit. Quaeso tandem animum advertas lectiones graviores litteris distinctis impressas esse.

Singulos codices, ut iam e disputatione superiore intellexeris, eis literis insignivi, quibus urbis nomen incipit in qua codex vel conscriptus est vel antea fuit vel hoc tempore adservatur; e. gr. V significat codicem Vaticanum. Quae ratio a philologis semper fere adhibita est et distinctioni per literas et numeros in editionibus legum barbarorum usitatae praeferenda mihi esse videtur praesertim in opere edendo cuius codices in stemma non sunt reddendi.

Siglae, quae vocantur, ordine alphabetico enumeravi, quamquam Henricus Brunner vir doctissimus codices melioris notae deterioribus anteponendos et cognatos inter se non disiungendos esse putavit. Id autem feci inprimis ea de causa, quod mihi persuasum habeo ordinem alphabeticum, in quo de pretio codicum nihil expressum est, in hac editione perficienda ex causis supra allatis, de quibus in annalibus quae vocantur 'Neues Archiv' XXXVII, p. 446 sqq. accuratius disserui, praeferendum esse omnibus ceteris dispositionibus; nam si omnino codicum singulorum praestantiam omni cum diligentia et accuratissime investigare studueris, tamen ex hoc argumento de pretio singularum lectionum nihil pro certo dicere poteris, quia codicum stemma incertum et fortuitum esse videtur. Saepius enim[1] *nisi in codicibus deterioribus verae lectiones non inveniuntur et nonnullae formae codicum meliorum valde abhorrent a lectione genuina. Praeterea, si forte ordinem alphabeticum a me iam in meo manuscripto adhibitum omissis his argumentis postea permutavissem, facile multi errores orti essent vel vix fuissent evitandi; neque operi pretium mihi esse videtur tam onerosum laborem hac de causa suscipere. Ceterum crediderim significationem singulorum codicum quos in stemma quoddam redigere non possumus, eorumque enumerationem in edenda lege exigui esse momenti.*

Commentarius quem dicunt explicativum, artioribus finibus erat coercendus quam apud Merkelium. In locis igitur explicandis non nisi adnotationes quam maxime necessarias adieci, idque diligenter adnotare curavi, si uno alterove loco legum idem an contrarium dicitur; ex libris adferendis eos solum elegi, quibus in explicandis singulis sententiis et nos et posteri nostri adiuvabuntur, necnon eorum opera quorum iudicium per multum tempus non erit spernendum. Ad singulos locos melius explicandos dissertationes ad elucidandas has quaestiones conscriptas in auxilium vocavi. Plenam autem enumerationem librorum, qui huic legi explicandae operam navarunt, legentibus offerre neque volui neque potui.

Id autem in primis inquirendum mihi proposui, quae et quot verba legis Baiwariorum e vetustioribus legibus sint deprompta. Exemplum Theodori de Sickel, magistri carissimi, secutus in imprimenda lege variis literis demonstrare studui, quae sententiae e prioribus legibus sint profectae. Quis enim negabit explicantis singulas leges valde interesse scire, num eae sint originis Baiwaricae an e iuribus aliorum gentium repetitae? Quamquam dicere non ausim Baiwariorum esse omnes leges quas ex aliis depromptas esse non potest demonstrari, tamen id egi, ut omnes locos derivatos certe discerneres. Minus crimen mihi videtur plures derivationes, ut dicunt, adnotasse, licet non omnes sint certae,

1) *Cf. 'Neues Archiv' XXXVII, p.* 415 *sqq.*, 442.

quam nonnullas omisisse. Nolim igitur mihi irascaris, si mihi affirmanti hunc vel illum locum e legibus vetustioribus esse profectum non adsentiaris. In conferendis legibus Baiwariorum et Alamannorum saepe textum legis Alamannorum quem K. Lehmann primo loco posuerat, sequi non potui, quia aliae lectiones mihi meliores vel legi Baiwariorum similiores esse videbantur.

Restat ut gratias agam quam maximas cum Henrico Brunner viro doctissimo legumque Germanarum peritissimo qui ab hoc opere usque ad vitae suae exitum haud unquam alienus fuit et priorem partem (quatuor folia) huius editionis et viderat et comprobaverat, tum Carolo de Amira, Josepho Seemüller, Rudolfo Much, Dieterico de Kralik, Carolo Wotke amicis carissimis quorum consilia, quotienscumque eos adii, mihi numquam defuere, necnon Mario Krammer, Berolinensi, qui rara et admirabili cum cura ac diligentia me in corrigendis plagulis quam vigilantissime adiuvit. Grato etiam animo Victoris Melzer qui dudum iam obiit, et Josephi Buchner quos socios operis adsumpsi, semper memor ero, quod me in hoc libro conficiendo omni modo adiuvare nunquam destituerunt.

Quamquam multum tempus in hac editione adornanda consumpsi neque quidquam praetermisisse crediderim quod ex usu legentium esse videbatur, tamen non adfirmare ausim eam ex omni parte perfectam et erroribus vacuam esse, neque me fugit a viris doctis qui perscrutandis his legibus operam navabunt, non omnes sententias a me prolatas probatum iri.

Attamen — nimia parte vitae meae in conficiendo hoc libro consumpta — mihi sperare liceat me non oleum operamque perdidisse, sed editionem meam non inutilem fore omnibus, quibus leges vetustiores explicandae erunt, quorumque studiis ac commodo hoc opus haud parvi laboris dedicatum destinatumque esse volo.

Vindobonae, Kalendis Octobribus MCMXV.

SCHWIND.

ORDO CODICUM COLLATUS CUM EDITIONE MERKELIANA.

Haec editio.			*Editio Merkeliana.*
Ad	*Codex monasterii Admontensis* 712	*supra p.* 185, *nr.* 33	*D* 4
Ag	*Codex quondam Augustanus nunc Guelferbytanus*	*supra p.* 183, *nr.* 15	*E* 2
Ag 2	*Codex quondam Augustanus nunc Monacensis reg. lat.* 3853	*supra p.* 188, *nr.* 5	*H* 3
Ald	*Codex quondam monast. Alderspacensis nunc Monac. reg. lat.* 2621	*supra p.* 185, *nr.* 31	*G* 1
Alt	*Codex quondam monast. S. Petri Altahae nunc Monac. reg. lat.* 9653	*supra p.* 186, *nr.* 40	*C* 1
B	*Codex bibliothecae Babenbergensis nr.* 24,	*supra p.* 185, *nr.* 35	*D* 2
B 2	*Codex quondam Babenbergensis nunc. Monac. reg. lat.* 4460	*supra p.* 188, *nr.* 7	*H* 1
Bb	*Codex quondam Benedictoburanus nunc Monac. reg. lat.* 4639	*supra p.* 184, *nr.* 22	*B* 6
Bos	*Notae Bosianae*	*supra p.* 185, *nr.* 28	*B* 5
Ch	*Codex can. Chiemseensium nunc Monac. reg. lat.* 5260	*supra p.* 184, *nr.* 24	*B* 3
sCr	*Codex monasterii s. Crucis in Austria nr.* 217	*supra p.* 188, *nr.* 4	*H* 4
Em	*Fragmenta quondam eccl. S. Emmerami nunc Monac. reg. lat.* 29086	*supra p.* 185, *nr.* 30	—
Ep	*Codex tab. eccles. cathedralis Eporediensis nr.* 33	*supra p.* 186, *nr.* 37	*A* 4
Esc	*Codex Escurialis K vel Z. II,* 2	*supra p.* 188, *nr.* 6	*H* 6
Est	*Codex Estensis archivi regii Mutinensis*	*supra p.* 188, *nr.* 10	*J* 3
Fr 1	*Codex quondam Frisingensis nunc Monac. reg. lat.* 6245	*supra p.* 187, *nr.* 42	*Fris* 1
Fr 2	*Codex quondam Frisingensis nunc Monac. reg. lat.* 6241	*supra p.* 187, *nr.* 43	*Fris* 2
G	*Codex biblioth. univ. Graezensis in Styria*	*supra p.* 183, *nr.* 11	*E* 7
Gw	*Codex quondam Gotwicensis nunc caes. Vindobonensis* 406	*supra p.* 185, *nr.* 34	*D* 1
H	*Codex bibl. Guelferbytanae inter Helmstadienses nr.* 532	*supra p.* 185, *nr.* 27	*A* 3
Her	*Editio Heroldina*	*supra p.* 183, *nr.* 4	*E* 11
J	*Codex quondam univ. Ingolstadiensis nunc bibl. univ. Monacensis Cod. Ms.* 132, 8°	*supra p.* 184, *nr.* 19	*B* 1
Jlz	*Codex quondam coll. s. Salvatoris in Jlz nunc Monac. reg. lat. nr.* 11029	*supra p.* 185, *nr.* 32	*G* 2
K	*Codex archivi arcis Klitschdorf*	*supra p.* 182, *nr.* 18	—
L	*Codex bibl. univ. Lugduno-Batavae Voss. lat. nr.* 119	*supra p.* 186, *nr.* 38	*A* 2

Haec editio.			*Editio Merkeliana.*
Laur	*Codex Laurentianus* 77, 1	*supra p.* 188, *nr.* 9	*J* 2
Mg	*Codex quondam Moguntinensis nunc bibl. Gothanae ducalis nr.* 84	*supra p.* 184, *nr.* 17	*F* 2
Mt	*Codex archivi eccles. cathedr. Mutinensis I*, 2	*supra p.* 184, *nr.* 16	*F* 1
P 1	*Codex Parisinus nr.* 4417	*supra p.* 183, *nr.* 2	*E* 5
P 2	*Codex Parisinus nr.* 4614	*supra p.* 183, *nr.* 3	*E* 4
P 3	*Codex Parisinus nr.* 4759	*supra p.* 183, *nr.* 5	*E* 6
P 4	*Codex Parisinus nr.* 9654	*supra p.* 183, *nr.* 9	*E* 10
P 5	*Codex Parisinus Nouv. acq.* 204	*supra p.* 183, *nr.* 10	—
P 6	*Codex Parisinus nr.* 4633	*supra p.* 186, *nr.* 39	*A* 1
P 7	*Codex Parisinus nr.* 4995	*supra p.* 187, *nr.* 44	*Cap.*
P 8	*Codex Parisinus nr.* 18237	*supra p.* 187, *nr.* 1	*H* 5
P 9	*Codex Parisinus nr.* 4931	*supra p.* 188, *nr.* 8	*H* 7
sP	*Codex monasterii s. Pauli in Carinthia*	*supra p.* 183, *nr.* 14	*E* 1
S	*Codex archivi Sverinensis*	*supra p.* 185, *nr.* 29	*A* 5
Sich	*Editio Sichardi*	*supra p.* 183, *nr.* 6	*E* 12
T 1	*Codex quondam monasterii Tegernseensis nunc Monac. reg. latinus nr.* 19415	*supra p.* 184, *nr.* 20	*B* 2
T 2 *m. prima*	*Codex quondam monasterii Tegernseensis nunc Monac. reg. latinus nr.* 19414	*supra p.* 186, *nr.* 41	*C* 2
T 2 *m. recentior*	*Correcturae factae a manu recentiore in codice eodem*	*supra p.* 183, *nr.* 13	*E* 9
Til	*Editio Tiliana*	*supra p.* 183, *nr.* 7	*E* 8
V	*Codex Vaticanus Christinae reginae Sueciae nr.* 991	*supra p.* 182, *nr.* 1	*E* 3
V 2	*Codex Vaticanus Christinae reginae Sueciae nr.* 1050	*supra p.* 188, *nr.* 3	*J* 1
Vad	*Codex olim Vadianus nunc civitatis Sangallensis nr.* 338	*supra p.* 188, *nr.* 2	*H* 2
Vl	*Codex oratorii Rom. S. Mariae in Valicella C* 20	*supra p.* 183, *nr.* 12	*E* 13
W	*Codex universitatis Wirzeburgensis Ms. th. f.* 167	*supra p.* 185, *nr.* 26	*B* 7

Editio Merkeliana	*haec*
A 1	= *P* 6.
2	= *L.*
3	= *H.*
4	= *Ep.*
5	= *S.*
B 1	= *J.*
2	= *T* 1.
3	= *Ch.*
4	= —
5	= *Bos.*
6	= *Bb.*
7	= *W.*
C 1	= *Alt.*
2	= *T* 2 *m. prima*
D 1	= *Gw.*
2	= *B.*
D 3	= —
4	= *Ad.*
E 1	= *sP.*
2	= *Ag.*
3	= *V.*
4	= *P* 2.
5	= *P* 1.
6	= *P* 3.
7	= *G.*
8	= *Til.*
9	= *T* 2 *m. rec.*
10	= *P* 4.
11	= *Her.*
12	= *Sich.*
13	= *Vl.*
F 1	= *Mt.*
F 2	= *Mg.*
G 1	= *Ald.*
2	= *Jlz*
H 1	= *B* 2.
2	= *Vad.*
3	= *Ag* 2.
4	= *sCr.*
5	= *P* 8.
6	= *Esc.*
7	= *P* 9.
J 1	= *V* 2.
2	= *Laur.*
3	= *Est.*
Cap	= *P* 7.
Fris 1	= *Fr* 1.
2	= *Fr* 2.

I.

LEX BAIWARIORUM[1].

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI INCIPIT PROLOGUS[2] LEGIS BAIWARIORUM.

Prologus legi Baiwariorum praepositus hoc loco Ad, Ag, Ald, Alt, Ch, Ep, G, Gw, H, J, Jlz, L, P 2—6, *T* 1, 2, *V, Vl; post indicem legis B, Bb, P* 1; *partes prologi Em, Est, Laur, S, Til, V* 2; *prologus deest Bos, Her, K, sP, Sich; initium prologi deest:* — cummuni est usu *(p.* 201, *l.* 4*), Est, Laur, Til, V* 2; — addidit quae addenda *(p.* 202, *l.* 2*) S;* — vetustate probata *(p.* 201, *l.* 7*) Em. legi Salicae antepositus in cod. Est, Laur; eidem legi postpositus P* 8; *inter alia documenta Mg, Mt, P* 9; *pro parte aliis tractatibus pro parte legi Salicae antepositus V* 2; *legi Alamannorum antepositus Ag* 2, *B* 2, *sCr; eidem legi postpositus Vad; legi Visigothorum antepositus Esc.*

Prologus in Ad, B divisus; in Ad pars posterior codicem factum constitutionum *(p.* 200, *l.* 4*) usque ad finem prologi* (refrenetur nocendi facultas) *priori parti* (de legibus Moysi — Hermogeniani) *anteposita; in B eadem pars prior indici et parti posteriori postposita. Initium prologi* — disposuit quem *(p.* 200, *l.* 5*) deperd. W.*

Lin. 1 *et* 2 *omnino desunt.*

Inscriptio prologi deest B, Bb, Gw, Mg, Mt, P 1, 6, *T* 2 *(m. prima), Til, Vad.*

I. ‖ *l.* **3.** In — Baiwariorum] Incipiunt capitula de libri legis institutione que ad clerum pertinent seu ad ecclesiastica iura *Ad.* In — Christi] *desunt P* 4; in Christi nomine *Ald, Jlz, P* 5. in nomine Dei summi *H.* nostri *deest Ag, Ch, P* 2, 5. Ihesu Christi *desunt Ag, H, P* 2, 5; Ihesu *Vl.* ‖ *l.* **4.** legum *Vl.* Baiuariorum *Ag, P* 2; Baiuvariorum *Alt;* Baiariorum *Ald;* Bauuariorum *G, Jlz;* Baiubariorum *Vl;* Baioariorum *Ch, Ep, P* 4, 5, *T* 1; Pacuariorum *L.*

1) *De etymologia nominis Baiwariorum cf. J. K. Zeuss, 'Die Deutschen und die Nachbarstämme', p.* 366 *sqq.; R. Much, 'Zeitschrift für deutsches Altertum' XXXIX, p.* 31 *sqq., 'Anzeiger für deutsches Altertum' XXXIII, p.* 13; *D. v. Kralik, 'Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' XXXVIII, p.* 46 *sqq.; supra p.* 191; *cf. etiam J. Widemann, 'Kleine Beiträge zur älteren Geschichte Baierns:* 1. *Bajuvaren oder Baiwaren?' in 'Oberbayerisches Archiv' LIX, p.* 1 *sq.,* 1915. 2) *De genesi et valore prologi cf. H. Brunner, 'DRG.' I*[2]*, p.* 420 *sq.; 'Über ein verschollenes merowingisches Königsgesetz des* 7. *Jahrhunderts' in 'Sitzungsberichte der k. preuss. Akademie der Wissenschaften zu Berlin'* 1901, *p.* 943 *sq.; B. Sepp, 'Altbairische Monatsschrift'* 1901, 2, *p.* 43; *S. v. Riezler, 'Beilage zur Münchener Allgemeinen Zeitung',* 1905, *nr.* 252; *E. v. Schwind, 'Neues Archiv' XXXIII, p.* 670 *sqq.; M. Krammer in 'Festschrift Heinrich Brunner zum siebzigsten Geburtstag dargebracht von Schülern und Verehrern', p.* 465 *sqq.*

De legibus.

cf. Isidori Etym. V, 1.

